



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno CCCCLII. ad annum CCCCLXXX.

**Parisiis, 1644**

Gesta Collationis Carthagini Habitaе Honorii Caesaris iussu inter catholicos  
& Donatistas coram Marcellino V. C. tribuno & notario post consulatum  
Varanis V. C.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14918**

INNOCENTIVS P. I AFRICANVM VIII. HONORIVS THEODOSIVS IMP. IOI

ANNO  
CHRISTI  
410.

compressæ, ad ritus suos palam redierant. Datum est hoc rescriptum postridie eius diei quo vrbs capta fuit: adeoque merito imperatoris Honorii obtentum credo, quod Alaricus rex Gothorum, vr-  
bem nono Kalendas Septembris captam, post triduum quasi fugatus reliquerit, in sui interitum concitus festinarit, atque imminentem vrbi extremam cladem, Deus propitiatus auerterit. Baron. ann. 410. num. 47. 48. & 49.

Vrbem Romanam occupat Alaricus Gothorum rex.

SYNODVS PTOLOMENSIS IN LIBYA,  
AVCTORE SYNESIO PTOLEMAIDIS  
episcopo congregata, sub Innocentio papa I.

NOTA.

ANNO  
CHRISTI  
411.

<sup>a</sup> *Synodus.*] Anno salutis 411. Innocentii decimo, Honorio & Theodosio imperatoribus celebrata est Synodus Ptolemaide in Pentapoli Ægypti. Causa habiti ibidem Concilii hæc intercessit: Andronicus prouinciæ præfectus multa crudelia in subditos, atque irreligiosa & impia aduersus ecclesiam perpetrarat, quibus in Synodo propositis atque probatis, communi omnium sententia diræ excommunicationis pœna mulctatur. Baron. ann. 411. num. 53.

Locus, tempus & causa Concilii.

GESTA COLLATIONIS  
CARTHAGINI HABITÆ

Honorii Cæsaris iussu inter catholicos & Donatistas  
coram Marcellino V. C. tribuno & notario  
post consulatum \* Varanis V. C.

\* Varo-  
dis

*Papirii Massonis studio atque opera primum in lucem edita,*

A P. PITHOEO V. C. cum manuscriptis collata & emendata.

*Collationis codex manuscriptus in veteribus membranis sic inscriptus est:*

Liber oblatus ad altare sancti Stephani, voto Tulcherii canonici.  
*Deinde, Acta collationis seu gesta continet.*

PRÆFATIO OPERIS P. MASSONO

AVCTORE.

ACTA collationis Carthaginensis, Innocentio primo pontifice Romano, Honorii clementissimi Cæsaris iussu habita sunt, anno  
N iij

post consulatum Varanis, cum nullus in occidente consul esset, propter nimiam rerum perturbationem, Roma ab Alarico Gothorum rege recens capta. Mandato igitur quo hæc disputatio fieri iubetur, locus quidem & dies appositus est; at consulem, qui nullus erat, curiosi frustra requirent. Catholicæ ecclesiæ episcopi collationem fieri petierant aduersus Donati partem: id enim agnoscunt, septem ex eis delecti, Aurelius, Alypius, Augustinus, Vincentius, Fortunatus, Fortunatianus, & Possidius: totidem Donatistæ, Primianus, Petilianus, Emeritus, Montanus, Gaudentius, Adeodatus, & Protasius. atque hi inter absentes episcopos partis suæ, ut fucum facerent, Felicem quasi urbis Romæ episcopum nominant, licet catholici Innocentium tunc sedere testentur, ut verum erat, utque probatissimæ fidei annales tradunt, ad annum a partu virginis quadringentesimum undecimum. Disputatio diuiditur in primam cognitionem, secundam, & tertiam. Tertia sexto Idus Iunias habita est: quo die profertur Marcellini cognitoris sententia, confutatos a catholicis Donatistas omnium documentorum manifestatione asserentis, ut D. Augustini verbis utar. Hanc sententiam, ut emptam a cognitore catholico, & noctu prolatam, calumniose postea Emeritus & quidam pertinaces Donatistæ arguebant, quos Augustinus acutissime refellit. cui sane laudi esse debet quod epitomen collationis breuissimam scripsit, ideo vtiliorem futuram, quia tertiæ cognitionis magna pars, quæ hic deficit, necessario inde petenda est: ubi de Cæciliano & Mensurio, deque traditoribus sacrorum codicum & suppellectilis ecclesiasticæ agitur, Diocletiano & Maximiano ecclesiam acerrime persequentibus; etsi ante Augustinum in libro de hæresibus id quoque ab Optato Mileuitano copiose narratum est. Ac disputauit quidem Augustinus aduersus Donatistas ante collationem, & libros de baptismo paruulorum edidit: simul differuit aduersus Petiliani literas ex forensi aduocato episcopi, & Cresconium grammaticum dicendo pene obtriuuit. Post collationem vero, Honorio XII. & Theodosio VIII. Coss. ut ipsemet præfatur, quid egerit cum Emerito satis ostendit libro singulari sic inscripto: De gestis cum Emerito. Atque hunc quidem fuisse unum eorum septem, quos pro suæ causæ defensione Donatiani delegerant, & qui in eadem causa maxime laborauerat, libro secundo retractationum Augustinus tradit, eoque mortuo Possidius in eius vita etiam refert. Deniq; aduersus Gaudentium Thagmudensem episcopum, quem ex illo numero fuisse eodem quoque libro demonstrat, libros duos conscripsit. At summa vtilitas eius iudicii fuit: nam licet Donatiani Cæ-

ANNO  
CHRISTI  
411.

*sarem appellarunt, ab Honorio confirmatum est, nosque edictum ex Cod. Theodosiano huic disputationi annexuimus. cui obediens plebs Donatistarum, desertis episcopis suis, ad ecclesiam catholicam statim rediit, & ex Optati antiquissimo & manuscripto codice interrogationes quasdam collationi intelligendae necessarias adiici curauimus. cognitorem quidem Orosius libro septimo prudentem, industrium & studiorum bonorum appetentissimum fuisse testatur; ad eumque, non multo post Romam captam, scripti sunt ab Augustino libri viginti de ciuitate Dei, ut praefatio ad eos indicat. De morte autem Marcellini Hieronymus loquitur lib. 3. contra Pelagium: violentam eam fuisse necesse est. Percussorem enim eius & sicarium idem Orosius nominat. Laudandus quoque est Marcellus, qui hoc volumen actorum collationis, quod copiosissimum atque diffusissimum erat, modulata, ut ipse ait, breuitate distinxit atque collegit, ut ex epistola eius ad Seuerianum & Iulianum videri potest. Nec plura hoc loco dicenda existimamus, quia Balduinus praceptor meus in iure ciuili, qui acta commodato tantum in veteribus adhuc membranis ab antistite Meldorum Tillio habuerat, elegantem in ea commentarium edidit.*

HI EPISCOPI CAUSAM  
susceperunt:

CATHOLICI.

Aurelius	Carthagenensis.
Alypius	Tagastensis.
Augustinus	Hipporegiensis.
Vincentius	Colusitanus.
Fortunatus	Constantiniensis.
Fortunatianus	Siccensis.
Possidius	Calamenfis.

DONATISTAE.

Primianus	Carthagenensis.
Petilianus	Constantiniensis.
Emeritus	Cæsariensis.
Protasius	. . . . .
Montanus	. . . . .
Gaudentius	Thagmudensis.
Adeodarus	. . . . .

DE SUPERIORIBVS EPISCOPIS  
vbinam loquitur Augustinus.

**V**ENERABILIS *Aurelius episcopus Carthaginensis ecclesie.* lib. 2. retractationum cap. 15.

*Alypius Tagastensis episcopus, ex lib. de gestis cum Emerito.*

*Alypius ex eodem, quo ego ortus eram, municipio, parentibus primatibus municipalibus, me minor natu, & studuerat apud me, cum in nostro docere cepi oppido, & postea Carthagini, & diligebat me multum, quod ei bonus & doctus viderer, & ego illum propter magnam virtutis indolem, qua non in magna aetate satis eminebat.*

*Cum essem in ecclesia Constantinensi, Absentio presente & collega meo Fortunato eius episcopo.* Augustinus lib. 1. contra literas Petiliani.

*Posidius Calamensis.* Augustinus ex libr. de gestis cum Emerito. Hic in vita beati Augustini scribit se annis quadraginta Dei dono absque amara vlla dissensione familiariter ac dulciter vixisse.

*Petilianus episcopus Donatistarum Constantinensis, ex libr. 2. retractationum cap. 34.* Et epistola contra Petiliani Constantinensis Donatistae epistolam, *Meministis, inquit, fratres, Petiliani Donatistarum Constantinensis episcopi perparuam epistola partem in manus nostras aliquando venisse, eique particula quod responderimus, scripsisse me ad dilectionem vestram.*

Contra literas Petiliani Augustinus:

*Eat nunc, & anhelis pulmonibus ac turgidis faucibus me tamquam dilectione dialecticum criminetur: imo non me, sed ipsam dialecticam velut mentiendi artificem in popolare iudicium ream deuocet, & in eam quamlibet fragosissimo strepitu aduocati forensis ora distendat. Dicat quidquid vult apud imperitos, vnde stomachentur docti, illudantur indocti: me propter rhetoricam Tertulli oratoris, a quo accusatus est Paulus, vocabulo denotet: sibi propter aduocationem, in qua potentiam quamdam suam iactat, paraclati nomen imponat, atque ob hoc se cognominalem Spiritus sancti non esse, sed fuisse deliret.*

*Emeritus cuius Casariensis & Donatistarum episcopus.* Retractat. lib. cap. 51.

*Gaudentius Thagmudensis Donatistarum episcopus.* Retractat. lib. 2. cap. 59.

De Primiano loquitur Augustinus in libro post collationem sic: *Inuidiam concitant, quod apud imperatorem causam agamus ecclesie. Hinc illa Primiani Donatistae vox: Illi portant multorum imperatorum sacra: nos sola portamus euangelia.*

De ceteris episcopis apud eundem auctorem nihil reperi.

DILE-

DILECTISSIMIS FRATRIBVS ET IN  
*Christi nomine venerandis, Seueriano & Juliano  
Marcellus Memorialis.*

**A**MPLECTOR alacriter iussionem qua mihi amanter atque in Domino fiducialiter imperastis, vt totius membra negotii, & articulos actionis, quod per istud volumen actorum, prosecutiones partium per longos explicuere conflictus, modulata per me breuitas distinguat & colligat: atque huic operi sola caritate me sentio fateorque sufficere. Ad omnem quippe delegati muneris obsequelam, efficaciores vires habet qui preceptis amore iubentium, quam qui fiducia sui paret. Ac iam quidem in hanc operationem qua in ecclesie negotio pro singulorum viribus laboratum est, quantum mea mediocritas potuit, officii mei symbolam dedi: quod a viro spectabili, & in quo plurimum insigne probitatis est, tribuno & notario Marcellino curarum adscitus in partem, non tam merito meo, quam dignatione censentis, communicauit cum iudice librande disceptationis laborem. Sed hoc quoque quod me facere voluistis, peculiariter adhibere non piguit. Quandoquidem mihi non minor in eadem re voluptas & gloria est, soluisset nunc fratribus votum, quam cognitori tunc prebuisse consilium. Quidquid igitur laxius a partibus peroratum est, & quidquid interfatibus iudicantis utrobique signatum est, sedula breuiatione succinxi, consequenter affigens etiam per ordinem notas calculantibus familiares, vt inquirentis intentio iudicem secuta breuitatem, ad id quod deprehendere velit in paginis actionis, non absque commoditate compendii, numeris ducibus directa perueniat. Abusi videamur fortassis otio, dum ad laborem superflua reuocamus. quod nos vere superflue fecisse fateremur, si in tota voluminum serie perlegenda, habiles esse vellent homines ad laborem. Sed periniquum est eos de istius diligentie velut quadam inanitate causari, a quibus si in perlegendis iugiter paginis disputationis huiusce non inanis diligentia flagitetur, eam non esse diligentiam, sed molestiam con-

fitentur. Vnde, quantum ego arbitror, non opus irritum lusimus, qui fastidia lectionis remedio breuitatis exclusimus. Certe, si ex ipsius operationis atque vtilitatis effectu, absolutum esse non poterit, quod vanus labor iste non fuerit: idcirco tamen non ineptum est quidquid hic egi, quia in hoc vobis iubentibus parui. Nunc orauerim, vt in vicissitudinem meriti pro me orare dignemini. Ita enim fiet, vt quod sponte facitis, mihi tamen cedat in remunerationem. Omnipotentia Trinitatis, id est, omnipotentia Dei nostri, caritatem vestram iugiter nostri memorem perpetua pietate custodiat, domini merito dilectissimi, & in Christi nomine venerabiles fratres.

## CAPITVLA GESTORVM

prima cognitionis.

- |   |  |
|---|--|
| I. De astante officio.  | XIII. Interlocutio quod suo ordine omnia peragi debent, & iubet recitari quae dixerat.               |
| II. De ingressis episcopis.   | XIV. Recitatio notariae Donatistarum, in qua sibi edictum asserunt displicere.                       |
| III. Interlocutio de qualitate negotii, vbi iubet sibi cognitior imperiale praeceptum recitari.   | XV. Interlocutio vt catholicorum epistola legeretur.   |
| IV. Recitatio imperialis praecepti de habenda collatione.   | XVI. Recitatio epistola catholicorum, in qua edicto consentiunt, & conditiones Donatistis proponunt. |
| V. Recitatio edicti per quod congregari episcopis iubet.  | XVII. Recitatio edicti, in quo se omnia publicaturum populo pollicetur.                              |
| VI. Interlocutio de alio iudice eligendo.   | XVIII. Vbi recitatur rescriptum catholicorum respondentium notariae Donatistarum.                    |
| VII. Responsio Donatistarum, de iudice non postulato.   | XIX. Interlocutio de catholicorum consensione, vbi & illi interrogantur, vtrum consentiant?          |
| VIII. Interlocutio quod collatio fuerit postulata, non iudex.   | XX. Prosecutio Donatistarum de tempore & de personis.  |
| IX. Responsio Donatistarum, vt hi proponerent, qui collationem petissent.   | XXI. Interlocutio vt certus numerus constituatur actorum secundum lectum edictum.                    |
| X. Recitatio edicti, vbi dicit qui modus & locus collationi sit aptus, & quoteni deberent esse ab utrisque partibus, qui causam peragerent. | XXII. Donatistarum prosecutio de tempore exempto, vt iam nihil ageretur instantium.                  |
| XI. Vbi iubet cognitior recitari quae ante collationem pars vtraque peregerit.  |  |
| XII. Prosecutio Donatistarum similis praecedenti.   |  |

ANNO  
CHRISTI  
411.

- XXIII. Interlocutio qua excluduntur de tempore constituto & certo numero constituendo Donatista.
- XXIV. Vbi Donatista de tempore vel de die collationis inquirunt.
- XXV. Interlocutio excludens supradictam prosecutionem.
- XXVI. Prosecutio iterum Donatistarum de die collationis exempto.
- XXVII. Interlocutio ut ad quæstia respondeat officium, & responsio quando quartus mensis impletus sit.
- XXVIII. Interlocutio de aduentu partis utriusque Carthaginem.
- XXIX. Prosecutio Donatistarum de aduentu suo Carthaginem, & quod iam die transacto fieri non debeat ipsa collatio, sed in contumaces pronuntiari debere.
- XXX. Interlocutio refellens superiorem prosecutionem.
- XXXI. Prosecutio Donatistarum ut diuinis tantum testimoniis causa tractetur.
- XXXII. Interlocutio ut numerus constituatur, & sic causa dicatur.
- XXXIII. Responsio Donatistarum, ut omnes episcopi ipsorum adsint in iudicio.
- XXXIV. Interlocutio, multitudinem non habere personam.
- XXXV. Responsio Donatistarum, ut non iuris lege agatur.
- XXXVI. Interlocutio, non ius, sed contentionem cessare debere.
- XXXVII. Vbi Donatista laudant iudicis integritatem.
- XXXVIII. Vbi offerunt catholicorum mandatum.
- XXXIX. Vt, ubi prosequantur, petunt.
- XL. Interlocutio, ut profiscantur catholici utrum diuinis tantum agere velint.
- XLI. Responsio catholicorum ex mandato cognosci voluntatem suam.
- XLII. Interlocutio cognitoris qui haberet mandatum.
- XLIII. Responsio catholicorum, ex eius recitatione posse cognosci.
- XLIV. Vbi dicunt Donatista, legem Dei repudiat qui debeat profiteri.
- XLV. Interlocutio ad supradicta.
- XLVI. Responsio catholicorum ad supradicta.
- XLVII. Vbi dicunt Donatista, non debere esse mandatum; sed ius publicum aut legem Dei eligere debere.
- XLVIII. Prosecutio catholicorum, per dicta diuina ecclesiam se demonstrare, per scripta publica hominum crimina purgare.
- XLIX. Interlocutio approbans dicta catholicorum.
- L. Prosecutio catholicorum, per mandatum omnia intimari.
- LI. Interlocutio approbans supradicta.
- LII. Vbi catholicis volentibus legere mandatum, dicit cognitor, ut officium recitet.
- LIII. Prosecutio Donatistarum permittens recitari mandatum, accusans genus accusationis.
- LIV. Interlocutio, se aliter audire non posse quod imperialibus legibus constitutum est.
- LV. Vbi recitatur mandatum catholicorum, in quo omnem causam complexi sunt.
- LVI. Interlocutio approbans mandatum catholicorum diuinis consistare testimoniis.
- LVII. Recitatio subscriptionum primatum catholicorum.
- LVIII. Interlocutio requirens numerum subscribentium, & renuntiat officium.
- LIX. Vbi requirunt Donatista catholicos qui subscriperunt.
- LX. Vbi respondent catholici, ut



- mitterent qui illos agnoscerent.
- LXI. Ubi de numero episcoporum catholicorum mouent questionem Donatista, quod supponi potuerint qui episcopi non fuissent.
- LXII. Interlocutio contra istam prosecutionem.
- LXIII. Vbi petunt Donatista, ut sigillatim omnes catholicos episcopos permittantur agnoscere.
- LXIV. Ubi requirit iudex, si bini ubique possunt esse episcopi.
- LXV. Vbi Donatista laudant iudicem de ipsa inquisitione & catholicorum numerositate incongrua conqueruntur.
- LXVI. Ubi catholici multiloquium reprehendunt.
- LXVII. Vbi dicunt Donatista plus scripsisti, quam dixi.
- LXVIII. Prosecutio catholicorum ut persona constituentur actorum.
- LXIX. Interlocutio quod incompetenter ordinatis mandatum sibi non sit.
- LXX. Vbi iterum Donatista sequuntur iudicari debere de numero partis utriusque.
- LXXI. Interlocutio, quod multitudo opus non sit.
- LXXII. Responsio catholicorum ubi excusant absentiam suorum.
- LXXIII. Interlocutio, ut venirent omnes.
- LXXIV. Vbi rursus catholici turbas non opus esse respondent.
- LXXV. Interlocutio cognitoris, utrum loco uno essent episcopi catholici qui dicebantur absentes.
- LXXVI. Responsio catholicorum, nescire ubi sint, nec debere venire ad collationis locum, nisi eos de quibus dubitatur.
- LXXVII. Vbi catholici tumultum vel strepitum cauent.
- LXXVIII. Interlocutio confirmans superius dicta.
- LXXIX. Ubi dicunt Donatista, quod impugnet se actio catholicorum: & instant ut omnes catholici veniant qui subscripserunt.
- LXXX. Ubi dicunt Donatista, confiteri illos cum tumultu venturos.
- LXXXI. Vbi respondetur a catholicis, quare tumultum formident.
- LXXXII. Iterum Donatista inde.
- LXXXIII. Responsio catholicorum ad eandem rem.
- LXXXIV. Vbi dicunt Donatista, si in paucos tumultus fieri non potest, in multos quemadmodum fieri potest? & respondent catholici, iudica.
- LXXXV. Interlocutio, quod multitudo sacerdotum possit prestare silentium.
- LXXXVI. Vbi iterum Donatista dicunt, omnes debere venire.
- LXXXVII. Interlocutio, ut de quo dubitatur, veniat.
- LXXXVIII. Vbi dicitur a Donatistis causa tumultus, ubi, vel quomodo episcopi recitati exeant.
- LXXXIX. Vbi consentiunt catholici quod petebatur, ut omnes veniant.
- XC. Vbi sibi voluit Donatista mandatum ostendi catholicorum.
- XC I. Interlocutio, ut fiat quod petierunt.
- XC II. Vbi dicunt Donatista, omnes adsint, aut causa differatur.
- XC III. Vbi respondetur a catholicis, quia non differtur: & petunt ut actis offeratur mandatum.
- XC IV. Vbi ad hoc respondent Donatista.
- XC V. Interlocutio ad eam rem.
- XC VI. Vbi dicunt Donatista presentiam eorum, non mandatum se velle.
- XC VII. Vbi dicunt, ut hi qui in-

ANNO  
CHRISTI  
411.

- uenti sunt, intrmittantur: & iubetur fieri.
- XCVIII. Interlocutio, satisfactum esse petitionibus Donatistarum.
- XCIX. Vbi recitari incipiunt singuli episcopi catholicorum, & iubetur vt exeat qui non suscepit negotium.
- C. Vbi dicitur a catholicis vt & illorum episcopi procedant.
- CI. Vbi interrogat cognitor, vtrum & Donatista consentiant.
- CII. Vbi suggeritur a catholicis, vt & Donatista mandent.
- CIII. Vbi inquit cognitor, vtrum cum madauerint, exeant & dent locum acturis.
- CIV. Vbi ad hoc consentiunt Donatista.
- CV. Interlocutio de subscriptionibus etiam Donatistarum in iudiciis intimandum.
- CVI. Vbi respondent Donatista, apud acta se velle mandare.
- CVII. Vbi cognitor querit, apud que acta.
- CVIII. Vbi respondent Donatista, apud eum se velle mandare: sed ei permittere quid iubeat.
- CIX. Vbi queritur a Donatistis quid eligant de mandato catholicorum.
- CX. Vbi respondent Donatista, vt mandatores potius cognoscantur.
- CXI. Vbi iubetur vt fiat.
- CXII. Recitatio & interlocutio de ipsis.
- CXIII. Prosecutio de ipsis.
- CXIV. Interlocutio & responsio de episcopo Zummenfi.
- CXV. Vbi dicitur a catholicis, vt videantur presentes & absentes: & iussio cognitoris, vt fiat.
- CXVI. Interlocutio de presentibus, & recitatio de inuicem agnoscen-  
tibus.
- CXVII. Responsio Donatistarum
- de diocesibus.
- CXVIII. Et catholicorum ad eamdem rem.
- CXIX. Iterum Donatistarum inde.
- CXX. Interlocutio, quod non pertineat ad actionem presentem.
- CXXI. De episcopo ad catholicam conuerso: & sequentium nominum recitatio.
- CXXII. Vbi catholici inquirunt de Feliciano Mustitano.
- CXXIII. Responsio Donatistarum inde.
- CXXIV. Iterum catholici inde.
- CXXV. Iterum Donatista inde.
- CXXVI. Interlocutio vt ceptus ordo teneatur: & recitatur.
- CXXVII. Responsio catholicorum, de Abeddeo diacono Primiani.
- CXXVIII. Interlocutio de ipso.
- CXXIX. Responsio Donatistarum de episcopo Cufreteno cum deesset.
- CXXX. De alio episcopo Donatistarum, de adulterio damnato.
- CXXXI. Interlocutio, si fuit ibi catholica: & respondent Donatista, non.
- CXXXII. De mutatis exceptoribus & custodibus datis.
- CXXXIII. Interlocutio iudicis, vt tabule a custodibus signarentur: & recitatio episcoporum.
- CXXXIV. De episcopo & ecclesia Ceramussense.
- CXXXV. Recitatio sequentium nominum.
- CXXXVI. Responsio catholicorum de vnitae Tagastensis ecclesie.
- CXXXVII. Et responsio Donatistarum ad ea.
- CXXXVIII. Recitatio subscriptionum actorum.
- CXXXIX. Obiectiones Donatistarum & responsiones catholicorum, cum actores catholici recitarentur.
- CXL. Obiectio Donatistarum, quod

- idem sunt actores qui mandatores.
- CXLI. Interlocutio ad eam rem, & recitatio subscriptionum contra obiectionem Donatistarum.
- CXLII. Interlocutio ad eam rem.
- CXLIII. Interlocutio contra obiecta Victoris episcopi Hipponis Diarrithi.
- CXLIV. Vbi confessum episcopis offeret iudex.
- CXLV. Vbi recusantes Donatista fessionem, iudicem laudant.
- CXLVI. Interlocutio, ut soli remanerent actores.
- CXLVII. Vbi mandatum offerunt Donatista.
- CXLVIII. Interlocutio, ut recitetur: & recitat officium.
- CXLIX. Interlocutio, ut subscriptionem recitet officium.
- CL. Vbi catholici petunt presentiam Donatistarum.
- CLI. Interlocutio de mandato & subscriptionibus Donatistarum.
- CLII. Petitio catholicorum, ut singuli accederent etiam Donatista.
- CLIII. Interlocutio ad petitionem catholicorum.
- CLIV. Prosecutio catholicorum, ut professio pareret Donatistarum.
- CLV. Interlocutio de ea re.
- CLVI. Et catholici ad eam rem.
- CLVII. Recitatio nominum Donatistarum.
- CLVIII. Responsio catholicorum de Felice episcopo Urbino Donatistarum.
- CLIX. Et Donatista de eodem nomine.
- CLX. Iterum catholici inde.
- CLXI. Interlocutio de transmarinis non sibi esse preceptum.
- CLXII. Item catholici inde.
- CLXIII. Responsio Donatistarum de transmarinis, & sequentium nominum recitatio.
- CLXIV. Interlocutio, ut decem sufficerent ad subscribentium fidem.
- CLXV. Prosecutio Donatistarum, ut singuli transirent etiam ipsorum, propter suam multitudinem commendandam.
- CLXVI. Interlocutio, quod non sit de numero mandatum.
- CLXVII. Responsio Donatistarum, unde supra.
- CLXVIII. Vbi catholici agunt de numerositate coepiscoporum suorum, vanum dicentes prauidicium Donatistarum.
- CLIX. Vbi dicunt Donatista, iniuriam facis vane.
- CLXX. Vbi catholici prosecutionem quam Donatista interruperant peragunt, asserentes, quod nunquam causa agenda desuerint.
- CLXXI. Interlocutio ut causa tractetur.
- CLXXII. Prosecutio catholicorum, ut multitudo exiret episcoporum.
- CLXXIII. Interlocutio ut singuli transirent recitati.
- CLXXIV. Vbi catholici querunt professionem Donatistarum.
- CLXXV. Responsio Donatistarum de subscribentibus.
- CLXXVI. Interlocutio, ut singuli etiam Donatista recitentur.
- CLXXVII. De episcopo Vagensi, de quo dubitabatur.
- CLXXVIII. Interrogatio cognitoris de ipso.
- CLXXIX. Responsio Donatistarum de ipso.
- CLXXX. Interlocutio approbans quaesita: & sequitur recitatio nominum.
- CLXXXI. Suggestio catholicorum, quod hi, qui recitati fuerant, fundorum erant episcopi, non ciuitatum.

ANNO  
 CHRISTI  
 411.

- CLXXXII. *Et responsio Donatistarum inde.*  
 CLXXXIII. *Vbi agitur de episcopo, pro quo subscripsit presbyter cum ipse Carthaginem non venisset, quia cacus erat.*  
 CLXXXIV. *Catholicorum responsio inde, & Donatistarum.*  
 CLXXXV. *Responsio Donatistarum ad ea.*  
 CLXXXVI. *Interlocutio inde.*  
 CLXXXVII. *Et catholicorum inde responsio: & sequitur nomen recitatio.*  
 CLXXXVIII. *De episcopo catholico & rebaptizato, & nomen recitatione.*  
 CLXXXIX. *Vbi multa mala in catholicos commemorantur, & ad haec responsio Donatistarum.*  
 CXC. *Interlocutio, hoc sibi non esse mandatum.*  
 CXCI. *Responsio catholicorum contra negationem Donatistarum.*  
 CXCII. *Vbi dicunt Donatiste iniuriam sibi fieri.*  
 CXCIII. *Interlocutio contra supradicta.*  
 CXCIV. *Inquisitio catholicorum de absente, pro quo alius subscripsit.*  
 CXCV. *Responsio Donatistarum de eo.*  
 CXCVI. *Interlocutio inde.*  
 CXCVII. *Responsio catholicorum unde supra: & sequitur recitatio numeri.*  
 CXCVIII. *Responsio Donatistarum de episcopo rebaptizato: sequitur nomen recitatio.*  
 CXCIX. *Responsio Donatistarum de episcopo rebaptizato & rebaptizante.*  
 CC. *Vbi querit cognitor de absente Felice Zummense propter falsitatem subscriptionis.*  
 CCI. *Responsio Donatistarum de rebaptizato & in adulterio de-*  
*prehensio, & recitatio nominum.*  
 CCII. *De presbytero catholico interuentore; vbi episcopum haberent Donatista, & nomen recitatio.*  
 CCIII. *De diacono catholico rebaptizato & facto episcopo a Donatistis.*  
 CCIV. *Vbi catholici dicunt non esse Donatistarum episcopum in eo loco unde esse dicebatur: qui recitatus respondit: & ad hoc responsio Donatistarum, & interlocutio cognitoris.*  
 CCV. *Vbi Donatista mandatum suum volunt constare.*  
 CCVI. *Interlocutio ad supradicta, & recitatio nominum.*  
 CCVII. *Prosecutiones utrarumque partium, & interlocutiones de mortuo quem dixerunt Donatista in itinere defecisse.*  
 CCVIII. *Interlocutio de eo quem dixerunt catholici in via ordinatum.*  
 CCIX. *De subscriptionibus absentium, vbi hoc eis cognitor concedit, quamuis in mandato suo presentes presentibus mandauerint.*  
 CCX. *Testatio catholicorum, quod non aequatur numerus Donatistarum, quamuis multas proferrent subscriptiones absentium.*  
 CCXI. *Inquisitio cognitoris de numero utrimque episcoporum.*  
 CCXII. *De superuenientibus episcopis catholicis.*  
 CCXIII. *Inquisitio de numero Donatistarum, & responsio officii.*  
 CCXIV. *Inquisitio de numero episcoporum catholicorum.*  
 CCXV. *Acandatis superuenientium catholicorum qui non subscripserunt.*  
 CCXVI. *Interlocutio, ut actores starent, & ceteri exirent.*

- CCXVII. De his qui non venerāt, vel de plebibus viduatis, quod ab utrisque suggestum est.
- CCXVIII. Interrogatio cognitoris, utrum hi remanserunt qui causam agent.
- CCXIX. Interrogatio cognitoris de hora diei: & responsio officii.
- CCXX. Interlocutio cognitoris de die pene iam consumpto, & utrum ex communi consensu negotium differatur, ab utrisque placere, responsum est.
- CCXXI. Vbi ab utrisque responsum est interiecto die causam debere finire.
- CCXXII. Interlocutio, ut custodes dentur exceptoribus atque codicibus.
- CCXXIII. Vbi offerunt catholicis custodes similiter & Donatistis.
- CCXXIV. Interlocutio iudicis de conclusione gestorum.

## CAPITVLA GESTORVM

secundæ cognitionis.

- I. De astante officio.
- II. De ingressu partium.
- III. De confessu oblato.
- IV. Vbi excusatur a parte Donati confessus.
- V. Interlocutio, quod stans cognosceret.
- VI. Responsio Donatistarum inde.
- VII. Interlocutio inde.
- VIII. Suggestio officii de notaria Donatistarum, ubi petunt sibi edi catholicorum mandatum.
- IX. Iusio ut recitetur.
- X. Prosecutio Donatistarum contra id quod ab officio dicti sunt partis esse Donati.
- XI. Responsio catholicorum ad ea.
- XII. Interlocutio, ut notaria recitetur: & recitat officium.
- XIII. Interlocutio de subscriptionibus gestorum.
- XIV. Responsio catholicorum de consensu ipso.
- XV. Interlocutio cognitoris de ipso placito.
- XVI. Responsio Donatistarum recusantium supra scripta.
- XVII. Vbi dicunt catholici illos non consentire edicto.
- XVIII. Et respondent Donatista de basilicis non redditis.
- XIX. Interrogatio cognitoris si contenti essent fide gestorum.
- XX. Vbi petunt Donatista sibi edi gesta, & propter hoc causam differri.
- XXI. Responsio catholicorum ad hoc.
- XXII. Interlocutio ad hoc.
- XXIII. Iterata petitio Donatistarum de hoc.
- XXIV. Interlocutio, ut officium recitet eorum consensum.
- XXV. Item, ubi gesta a se legenda postulant Donatista.
- XXVI. Responsio catholicorum ad eam rem.
- XXVII. Interlocutio, ut consensus partium legatur.
- XXVIII. Vbi Donatista dilationem petunt.
- XXIX. Responsio catholicorum in qua multiloquium accusant.
- XXX. Vbi Donatista multiloquium excusant.
- XXXI. Ad hoc responsio catholicorum.
- XXXII. Recitatio gestorum de consensu partium.
- XXXIII. Iterum, ubi petunt Donatista dilationem.
- XXXIV. Interlocutio resistens petitioni

ANNO  
CHRISTI  
411.

- tionis dilationis.
- XXXV. Iterum Donatista inde, quod sibi gesta edita non sint.
- XXXVI. Interlocutio contra hac.
- XXXVII. Vbi excusant per exceptores Donatista.
- XXXVIII. Interlocutio qua interrogantur exceptores de conscriptione gestorum, eorumque responsio.
- XXXIX. Causatio Donatistarum, quod pars gestorum in codicibus habeatur.
- XL. Prosecutio catholicorum ne causa differatur.
- XLI. Interlocutio, ut iterum consensus partium legatur: recusatio Donatistarum.
- XLII. Interlocutio iterum inde.
- XLIII. Responsio inde Donatistarum.
- XLIV. Recitatio iterum de consensu partium.
- XLV. Iterum locutio non licere contra proprios venire consensus: & ut notarii ecclesie recitent si de fide dubitant exceptorum.
- XLVI. Prosecutio Donatistarum, ubi sibi gesta primitus edi volunt.
- XLVII. Interlocutio, ut ab ecclesiasticis notariis sicut ab exceptoribus consensus partium recitetur.
- XLVIII. Prosecutio Donatistarum de dilatione accipienda.
- XLIX. Interlocutio quod priore iudicio, id quod nunc flagitant petere debuerunt.
- L. Prosecutio catholicorum qua demonstratur, quo die ad collationem pars quaque conuenerit.
- LI. Interlocutio confirmans superius indicatum.
- LII. Prosecutio Donatistarum, ubi nuper actum de die refragant.
- LIII. Professio partium pro susceptione Concil. Tom. 4.
- ptis tabulis: propria signa cognoscunt.
- LIV. Vbi dicunt Donatista, sic solere testamenta aperiri.
- LV. Interlocutio cohibens proprias professiones reprehendi.
- LVI. Prosecutio catholicorum, ubi permittunt iudici, petentibus Donatistis, inducias prorogare.
- LVII. Interlocutio quarens ab exceptoribus ad quem articulum sit dilata cognitio, licet ad dilatum utriusque partis consensus accesserit.
- LVIII. Responsio Donatistarum, ubi dicunt dilationem non suo vitio prorogari.
- LIX. Interlocutio cognitoris, ubi precipit recitari quod nuper exactum est: & recitatur.
- LX. Post recitationem interlocutio, qua clarescit in presentem diem consensu partium dilatum fuisse iudicium.
- LXI. Prosecutio Donatistarum, ubi agere velle dicunt, si exceptores habent gesta parata pra manibus.
- LXII. Vbi Donatista promittunt se gestis subscripturos.
- LXIII. De dilatione exceptoribus data.
- LXIV. Responsio exceptorum de gestis edendis.
- LXV. Interlocutio de die in diem signando.
- LXVI. Responsio de hac re.
- LXVII. Prosecutio Donatistarum, qua postulatur certos ad iudicium se esse venturos.
- LXVIII. Indicatio cognitoris qua futuri examinis die percepta gestorum editione definitur.
- LXIX. Prosecutio catholicorum qua conditio ista proponitur, ut editis gestis de eorum susceptione & de tempore caueatur a partibus.

LXX. *Prosecutio Donatistarum ubi ea se facturos esse promittunt.*

LXXI. *Interlocutio iudicis, ubi etiam presentia gesta una cum superioribus edere iubetur officium.*

LXXII. *Prosecutio catholicorum ubi edictum a iudice flagitant proponendum, ut Donatiste dilationem petiisse noscantur.*

LXXIII. *Decisio cognitoris, ubi predictam gestorum propositionem se facturum esse promittit.*

ANNO  
CHRISTI  
411.

CAPITVLA GESTORVM  
tertia cognitionis.

I. *De adstante officio.*

II. *De ingressis episcopis.*

III. *Interlocutio de die examinis constituto, qui dies etiam officii responsione signatur.*

IV. *Recitatio cautionis, ubi catholici gesta receperunt.*

V. *Recitatio similis cautionis partis alterius.*

VI. *Interlocutio qua statuitur ut principalis causa dicatur.*

VII. *Prosecutio catholicorum, ubi principale negotium olim se agere velle testantur.*

VIII. *Ubi Donatiste a catholicis exigunt ut proponant.*

IX. *Ubi respondetur, propositionem ex mandato suo posse cognosci.*

X. *Prosecutio catholicorum qua predicunt ne morarum impedimenta neccantur.*

XI. *Prosecutio, ut quod intenditur, proponatur.*

XII. *Responsio catholicorum qua dicunt propositionem Donatistarum ex ipsorum colligi posse mandato.*

XIII. *Interlocutio qua poscitur ut principalis causa dicatur.*

XIV. *Prosecutio catholicorum qua prouocant ut ecclesie principale negotium peragatur.*

XV. *Prosecutio Donatistarum discerniendas esse personas.*

XVI. *Responsio catholicorum, iam confirmatas esse personas.*

XVII. *Interlocutio, quod prosecutionem Donatistarum catholici non diligenter aduerterunt.*

XVIII. *Responsio catholicorum, qua dicunt utrumque recitandum esse mandatum.*

XIX. *Interlocutio qua Donatistarum prosecutio catholicis asseritur.*

XX. *Prosecutio catholicorum, quid ab imperatore petierint a se directam legationem, ex qua flagitant ut iam causa dicatur.*

XXI. *Interlocutio ut recitetur imperiale preceptum.*

XXII. *Prosecutio Donatistarum de catholici nominis questione, et inde contentio.*

XXIII. *Interlocutio de eadem re.*

XXIV. *Recitatio imperialis arbitrii.*

XXV. *Interruptio Donatistarum, interpretantur imperiale preceptum.*

XXVI. *Catholicorum ad ista responsio.*

XXVII. *Ubi Donatiste a catholicis se dicunt esse laudatos.*

XXVIII. *Catholicorum ad ista responsio.*

XXIX. *Recitatio principalis iussio nis superius inchoata.*

XXX. *Prosecutio Donatistarum de proprii ac paterni nominis ratione.*

XXXI. *Catholicorum ad ista responsio.*

ANNO  
CHRISTI  
411.

- XXXII. Professio Donatistarum, sibi principem fuisse Donatum.
- XXXIII. Vbi a catholicis ad condemnandum Donati vocabulum prouocantur.
- XXXIV. Vbi idipsum de Mensuri nomine a Donatistis in catholicos retorquetur.
- XXXV. Catholicorum ad ista responsio.
- XXXVI. Interlocutio de lege recitata, & discutienda totius erroris origine.
- XXXVII. Vbi preces catholicorum legi sibi postulant Donatista.
- XXXVIII. Interlocutio de rescripto pragmatico.
- XXXIX. Prosecutio Donatistarum de legatorum discutienda persona.
- XL. Vbi catholici contestantur multa agendo nihil velle agere Donatistas.
- XLI. Item catholicorum prosecutio de his que super legatorum persona Donatista fuerant persecuti.
- XLII. Interlocutio de superfluis amouendis & negotio proponendo.
- XLIII. Prosecutio Donatistarum de imperiali rescripto catholicorum mandato inter se pariter conferendo.
- XLIV. Vbi asserunt catholici, prosecutioni sue Donatistarum minime respondisse.
- XLV. Interlocutio de lege qua datus est cognitor in qua parte sit superstitio constituta.
- XLVI. Vbi asserunt Donatista, moras potius per catholicos fieri.
- XLVII. Catholicorum ad ista contentio.
- XLVIII. Interlocutio, quidnam petatur a partibus.
- XLIX. Prosecutio Donatistarum Concil. Tom. 4.
- debere catholicos aut mandati sui, aut imperialis precepti scire iacturam.
- L. Responsio catholicorum, quod mandatum suum vniversa contineat.
- LI. Interlocutio qua exponitur a Donatistis & forma pragmatici, & catholicorum professio probabilis indicatur.
- LII. Vbi dicunt Donatista catholicos imperatori esse mentitos.
- LIII. Vbi ad hac catholici ex ipsa lege respondent.
- LIV. Vbi Donatista dicunt actionem non se differre.
- LV. Prosecutio catholicorum de ipso imperiali rescripto & de collatione sua, & de testimoniis scripturarum, quibus confirmatur ecclesia.
- LVI. Prosecutio Donatistarum unde superius, id est, de legatorum suscipienda persona.
- LVII. Responsio catholicorum, quod ideo aliud queritur, vt causa sugiatur: & inde contentio.
- LVIII. Interlocutio, discutiendas legatorum personas non necessario postulari.
- LIX. Prosecutio catholicorum, quid ab imperatore petatum sit, quidve concessum.
- LX. Prosecutio Donatistarum de persona iterum legatorum.
- LXI. Catholicorum ad ista responsio.
- LXII. Iterum Donatistarum contentio de legatorum discutienda persona.
- LXIII. Contestatio Donatistarum, quod moras catholici innectant qui personas nolunt prodere legatorum. Prosecutio Donatistarum de persona iterum legatorum.
- LXIV. Interlocutio, quod de his



- personis nihil quari voluit imperator.
- LXV. Iterum Donatistarum contentio de legatis.
- LXVI. Interlocutio, ut dicant Donatista, si ex presentibus catholicis possunt eos agnoscere quos dicunt esse legatos: aut si absunt presentari oportere.
- LXVII. Prosecutio Donatistarum, ubi dicunt presentandos esse legatos.
- LXVIII. Responso catholicorum, ubi dicunt iam semel personam non ab illis esse firmatam.
- LXIX. Iterum Donatista de legatorum discussione contendunt.
- LXX. Interlocutio, ut de persona legatorum, contentione supposita, ad interna negotii veniatur.
- LXXI. Iterum Donatista de legatorum persona contendunt.
- LXXII. Ubi exigunt catholici Donatistas causam oportere propria separationis ostendere.
- LXXIII. Iterum Donatistarum contentio de legatis.
- LXXIV. Ubi catholici respondent nihil ab imperatore preceptum de legatorum discutienda persona, sed de erroris initio disquirendo.
- LXXV. Prosecutio Donatistarum apud se esse potius catholicam: & iterum de legatorum discussione contentio.
- LXXVI. Prosecutio catholicorum, qua sibi testimoniiis flagitant probari, quod apud se Donatista dixerunt esse catholicam.
- LXXVII. Interlocutio, legatorum nomina superfluo flagitari, quibus omisis, iam ad propositionem negotii veniendum.
- LXXVIII. Iterum Donatistarum contentio de legatis.
- LXXIX. Interlocutio similis precedenti.
- LXXX. Prosecutio catholicorum, qua ad collationem se, sicut voluit imperator, venisse testantur.
- LXXXI. Interlocutio, legatorum discutiendas fuisse personas, ubi officium suum executam legatio est.
- LXXXII. Ubi postulant catholici, ut a Donatistis causa separationis propria publicetur.
- LXXXIII. Iterum Donatista flagitant edi sibi debere legatos.
- LXXXIV. Interlocutio ubi cognitor dicit, a forma legis se deviare non posse: & omnes a legatorum inquisitione cessare debere, sed causam esse dicendam.
- LXXXV. Prosecutio Donatistarum de edendo eo quod catholici ab imperatore petierint, & per quos petierunt.
- LXXXVI. Interlocutio, quod preceptum non sit inquirere quidnam catholici ab imperatore petierint, sed confirmatis utrisque personis negotium debere proponi.
- LXXXVII. Iterum Donatistarum inde contentio.
- LXXXVIII. Catholicorum ad ista responso, qua etiam contestantur prolixam velle gesta facere Donatistas.
- LXXXIX. Prosecutio Donatistarum, ubi moras dicunt per catholicos, & ubi edi sibi postulant quid ab imperatore petierint: & ubi querunt, utrum iure publico an diuinis legibus velint actitare catholici.
- XC. Interlocutio collationem tantummodo ab imperatore petisse catholicos.
- XCI. Interpellatio Donatistarum, qua se potius catholicos dici oportere testantur.

- XCII. *Interlocutio, eos catholicos esse vocitandos quos sic vocari voluit imperator.*
- XCIII. *Prosecutio Donatistarum, catholicum nomen ei esse seruandum quem victoria declarauerit Christianum.*
- XCIV. *Interlocutio ad ista consentiens, & formam precedentis precepti obseruans.*
- XCv. *Vbi Donatista sine preiudicio suo, hoc ipsum inter fatum esse iudicem volunt.*
- XCvi. *Interlocutio, ut iam causa proponatur initium, si volunt ostendere Donatista aduersariis nomen non conuenire catholicum.*
- XCvii. *Prosecutio Donatistarum, ut catholici, qui nolunt satisfacere iudicatis, hoc saltem respondeant, utrum nomen petitoris assument.*
- XCviii. *Catholicorum ad ista responsio, & de ecclesia ubique diffusa.*
- XCix. *Prosecutio Donatistarum, nihil se habere cum ecclesiis peregrinis: sed catholicum nomen victori esse seruandum: & profiteri catholicos oportere, utrum personam petitoris assument.*
- C. *Prosecutio catholicorum, quomodo Afri Christiani communionem habeant cum orbe terrarum.*
- CI. *Item prosecutio catholicorum, ibi ecclesiam inquirendam ubi sponsum ecclesia idem Christus agnoscitur: & catholici nominis euidentis expressio.*
- CII. *Prosecutio Donatistarum, ubi catholicum nomen interpretari aliter moliuntur, & conantur iterum ad transacta recurrere de nominibus legatorum.*
- CIII. *Interlocutio iudicis, ut omiffis qua transacta sunt, catholici nominis promissa ratio demonstretur.*
- CIv. *Donatistarum contentio, ut proponere catholici compellantur.*
- CV. *Item petitio Donatistarum, quod debeat iudex pronuntiare de singulis.*
- CVI. *Item ubi postulant Donatista, ut catholici edicant, utrum petitorum, an respondentium sibi velint vindicare personam.*
- CVII. *Interlocutio ista confirmans.*
- CVIII. *Vbi catholici profitentur, ad hoc se ingressos esse iudicium, ut obiectis eorum criminationibusque respondeant.*
- CIX. *Prosecutio Donatistarum, qua requirunt, a quibus fuerint ad iudicium prouocati.*
- CX. *Prosecutio catholicorum, qua ideo se ad collationem conuenisse asserunt Donatistarum, ut eorum obiecta refellerent, & quae eosdem Donatistas conditionem in comitatu petiisse testantur.*
- CXI. *Interlocutio, ut Donatista quae solent crimina catholicis obicere, iam proponant.*
- CXII. *Prosecutio Donatistarum, ut pronuntiet iudex utrum recta sint quae iidem postulant Donatista.*
- CXIII. *Interlocutio quae & illos recte petiisse, & a catholicis recte responsum esse pronuntiat.*
- CXIV. *Prosecutio Donatistarum in qua conantur catholicos facere petitores.*
- CXV. *Interlocutio iudicis, si catholici aliquid obiciunt Donatistis.*
- CXVI. *Prosecutio catholicorum qua dicunt nihil se obicere, sed obiecta velle diluere: illos autem*

- sapius obieciſſe, & proprii tenore mandati, & verbis epiſcopi Primiani poſſe monſtrari.*
- CXVII. Interlocutio vt Donatiſta traditionis crimen, quod in mandatum ſuum contulerant aduerſus catholicos, probationibus fugiant.
- CXVIII. Poſtulatſio Donatiſtarum, vt ante iudex pronuntiet de perſona, & ſic eatur in cauſam.
- CXIX. Catholicorum ad iſta contentio.
- CXX. Interlocutio, eum eſſe petitorum qui crimen intendit.
- CXXI. Donatiſtarum petitio, vt catholici doceant collationem ab utriſque partibus poſtulatam.
- CXXII. Catholicorum ad iſta promiſſio.
- CXXIII. Interruptio Donatiſtarum, per quam ſibi catholicum nomen aſſumunt: & de nominibus parentum utrimque contentio.
- CXXIV. Vbi offerunt geſta catholici in iudicio habita prefecture, quibus comprobant quod promiſſum eſt.
- CXXV. Vbi ad tranſacta ſe referunt Donatiſta, ne geſta recitentur, & de perſona pronuntiarſi deſiderant.
- CXXVI. Interlocutio, collationem ſolam petiſſe catholicos, de hac tantummodo iudicandum.
- CXXVII. Vbi Donatiſta contendunt, vt iudex de ſua primum petitione pronuntiet.
- CXXVIII. Proſecutio catholicorum, vt proferant Donatiſta ſi habent vnde ſua falſitas conuincatur: & vbi geſta ingerunt prefecture.
- CXXIX. Vbi ad tranſacta ſe conferunt Donatiſta, ne geſta apud prefecturam habita recitentur.
- CXXX. Interlocutio, qua ſupploſis omnibus, recitari oportere eadem geſta pronuntiat.
- CXXXI. Proſecutio Donatiſtarum de perſona petitorum, & iudicis pronuntiatione promenda.
- CXXXII. Interlocutio, vbi omnibus que offerunt, recitandi ordinem pollicetur.
- CXXXIII. Interruptio Donatiſtarum, ne geſta recitentur.
- CXXXIV. Interlocutio, perſonam petitoris hinc poſſe clareſcere ſi geſta fuerint recitata.
- CXXXV. Contentio Donatiſtarum, vt pronuntiet cognitor de petitis.
- CXXXVI. Petitio catholicorum, vt geſta recitentur.
- CXXXVII. Interlocutio, non debere ad pronuntiationem adigi cognitorem, cum ex altera parte probationis volumen offerretur.
- CXXXVIII. Proſecutio Donatiſtarum, vbi, ne geſta recitentur, aliud proſequuntur, & pronuntiarſi de parte a cognitore deſiderant.
- CXXXIX. Interlocutio, vt geſta eadem recitentur.
- CXL. Vbi multis proſecutionibus recitari geſta non ſinunt Donatiſta, & contra multas pronuntiationes iudicis conſigendo, perſonam fugiunt petitoris.
- CXLI. Vbi eadem geſta incipiunt recitari, & volentes interrompere Donatiſta, proconſularia vel vicariana offerunt geſta, per que ſibi monſtrant plurima obieciſſe catholicos.
- CXLII. Conteſtatio catholicorum de tumultuantibus Donatiſtis.
- CXLIII. Petitio Donatiſtarum, vt ſecundum ordinem temporis, ſingularum partium volumina recitentur.

ANNO  
CHRISTI  
411.

- CXLIV. *Catholicorum ad ista responsio.*
- CXLV. *Interlocutio, utrum priora sint gesta qua legi desiderant Donatista.*
- CXLVI. *Donatistarum ad interrogata responsio.*
- CXLVII. *Interlocutio, ea qua antiquiora sunt gesta primitus recitanda.*
- CXLVIII. *Vbi catholici offerunt ea gesta qua priora sunt omnibus.*
- CXLIX. *Prosecutio Donatistarum, qua ne aliqua gesta recitentur, catholicos dicunt ad forensia remeasse, cum diuinis legibus elegerint vniuersa distinguere.*
- CL. *Vbi catholici respondent se per ordinem recitanda, sicut ipsi postulauerant, obtulisse.*
- CLI. *Vbi Donatista se in causam mirantur induci.*
- CLII. *Vbi catholici respondent gesta se per ordinem recitanda, sicut ipsi postulauerant, obtulisse.*
- CLIII. *Prosecutio Donatistarum, vbi aliud quam quod a catholicis offertur, se petiisse respondent: & eos pronocant, ut aut diuinis tantum testimonis, aut publico iure disceptent.*
- CLIV. *Interlocutio, ut gestorum dies inter se ab officio conferantur.*
- CLV. *Prosecutio catholicorum, quando debeat diuinis legibus, quando publicis causa tractari.*
- CLVI. *Interlocutio qua catholicorum prosecutio probabilis indicatur.*
- CLVII. *Prosecutio Donatistarum in qua redeunt ad priora, ut mandatum sibi & legatio publicetur.*
- CLVIII. *Interlocutio aduersus Donatistarum prosecutionem.*
- CLIX. *Prosecutio Donatistarum de mandato presentibus defensoribus attributo, & de alio mandato prioribus legatis imposito.*
- CLX. *Catholicorum ad ista responsio, qua dicitur illo mandato, quod legatis impositum est, aliena quoque negotia qua ab istis inquiri non debeant, contineri.*
- CLXI. *Prosecutio Donatistarum, qua hoc ipsum criminantur quod catholici dixerunt, illud legatorum mandatum non esse prodendum.*
- CLXII. *Catholicorum ad ista responsio, qua sensum precedentis prosecutionis exponit.*
- CLXIII. *Prosecutio Donatistarum similis precedenti.*
- CLXIV. *Interlocutio, mandatum catholicorum non debere disquiri: sed Donatistas potius oportere profiteri, utrum crimina velint traditionis ostendi, an fidei causam ecclesieque tractari.*
- CLXV. *Donatistarum prosecutio, quod eis persona petitoris includenter imponitur.*
- CLXVI. *Interlocutio, quod petitor gestorum poterit recitatione monstrari: & Donatista respondent, ordinem in eorum recitatione seruandum.*
- CLXVII. *Interlocutio, vbi tempora gestorum proconsularium siue praefecturae inter se conferre iubetur officium.*
- CLXVIII. *Vbi gesta illis antiquiora a catholicis offeruntur.*
- CLXIX. *Vbi cognitor iubet, uolentibus legere Donatistas, ab officio potius, qua legenda sunt, recitari.*
- CLXX. *Vbi catholici ea qua ipsi offerunt gesta antiquiora esse respondent.*
- CLXXI. *Vbi cognitor percontatur*

- officium qua priora sint gesta.*  
CLXXII. *Vbi respondet officium antiquiora esse gesta qua obtulerunt de codice Donatista.*  
CLXXIII. *Vbi respondent catholici se antiquiora proferre.*  
CLXXIV. *Vbi cognitor iubet Donatistarum gesta quasi antiquiora recitari: & ab officio recitatur datus a catholicis libellus proconsule Septimino.*  
CLXXV. *Vbi Donatista petitores volunt esse catholicos.*  
CLXXVI. *Prosecutio catholicorum, vbi petunt antiquiora potius recitari, qua apud Auolinum proconsulem gesta sunt, agentibus Donatistis.*  
CLXXVII. *Interlocutio qua iubet probare catholicos schismatis crimen quod obiiciunt Donatistis.*  
CLXXVIII. *Catholicorum ad ista responsio.*  
CLXXIX. *Interlocutio qua iubet vniuersa per ordinem recitari.*  
CLXXX. *Contendentibus de nomine petitoris, interloquitur iudex, petitorum melius posse clarescere cum omnia fuerint recitata.*  
CLXXXI. *Prosecutio Donatistarum, vt eligant catholici, vtrum publicis agere velint legibus an diuinis.*  
CLXXXII. *Ad haec interlocutio cognitoris, vt gesta per ordinem recitentur, quo possit petitor agnosci.*  
CLXXXIII. *Vbi Donatista, ne gesta apud Auolinum proconsulem habita recitentur, prescriptionem de lapsu temporis mouentur inducere.*  
CLXXXIV. *Vbi ista contendentes Donatistis, interloquitur iudex prescriptionem de lapsu temporis submouendam, cum ad*  
*hunc diem partes examen communi voluntate distulerint.*  
CLXXXV. *Vbi Donatista dicunt, ideo se prescriptionem temporis intulisse, quoniam catholici, forensi more, chartis oblati agere voluerunt.*  
CLXXXVI. *Interlocutio, vt respondeant catholici obiectis.*  
CLXXXVII. *Catholicorum ad ista responsio, qua profitentur secundum scripturas se acturos esse diuinis, si a criminibus personarum & a legendis chartulis recedatur.*  
CLXXXVIII. *Prosecutio Donatistarum, qua dicunt nihil certum de duobus elegisse catholicos: nec se esse petitores, qui ad iudicium venerint prouocati, sed ipsos potius de re proponere.*  
CLXXXIX. *Vbi dicunt catholici eum non assistere loco petitoris cui crimen obicitur.*  
CXC. *Interlocutio approbans supradicta.*  
CXCI. *Vbi dicunt Donatista, de oblata conditione forensis diuinaeque tractatus nihil a catholicis esse responsum.*  
CXCII. *Catholicorum ad ista responsio.*  
CXCIII. *Vbi dicunt Donatista, quod sensim inducantur in causam: & hoc sibi a patribus esse mandatum, vt nomine respondentis assistant.*  
CXCIV. *Interlocutio, vbi dicitur ad vnam propositionem Donatistarum ipsum iudicem, ad aliam vero respondisse catholicos.*  
CXCV. *Vbi dicunt Donatista iudicem absentium, non presentium partes debere defendere.*  
CXCVI. *Interlocutio, qua se hoc quod voluerant Donatista pronuntiasse respondent.*  
CXCVII.

ANNO  
CHRISTI  
411.

- CXCVII. *Prosecutio catholicorum, qua se etiam elegisse respondent, quo iure disceptent, & nihil pro se egisse iudicem, sed egisse iudicem se pro partibus suis.*
- CXCVIII. *Prosecutio Donatistarum, non fuisse in sua potestate quod ad iudicium conuenerint.*
- CXCIX. *Vbi catholici interrogant Donatistas, utrum a personarum criminatione discedant.*
- CC. *Prosecutio Donatistarum, qua dicunt huic interrogationi catholicorum se respondere non posse: sed eos loco debere assistere petitoris.*
- CCI. *Prosecutio catholicorum, qua se propositis Donatistarum conditionibus respondisse testantur.*
- CCII. *Interlocutio approbans respondisse catholicos, dicens antiquiora gesta recitari, ut petitor possit ostendi.*
- CCIII. *Prosecutio, qua Donatista negantes unum certum elegisse catholicos, ad praescriptionem de lapsu temporis reuertuntur.*
- CCIV. *Catholicorum responsio, non occurrisse ad ultimum Donatistas qui postea mandauerint.*
- CCV. *Donatistarum inde contentio.*
- CCVI. *Prosecutio catholicorum de professione episcopi Primiani: & ubi legendum offerunt per quod comprobant Donatistas transacta repetere.*
- CCVII. *Responsio Donatistarum, cur redeant ad peracta.*
- CCVIII. *Prosecutio catholicorum, moratorie agere Donatistas, & gesta esse recitanda qua detegant petitorem.*
- CCIX. *Vbi, ne legantur gesta, volunt praescribere Donatista.*
- CCX. *Interlocutio, Donatistas contra suos velle venire consensum.*
- CCXI. *Defensio Donatistarum, cur nolint catholicis proprium seruare consensum.*
- CCXII. *Interlocutio, ut gesta recitentur, ea seruans incolumia Donatistis, qua possunt rationi competere.*
- CCXIII. *Vbi dicunt Donatista consensus proprios seruare debere catholicos, qui se diuinis legibus acturos esse promiserint.*
- CCXIV. *Catholicorum ad ista responsio, non Caciliani sed ecclesiae causam promississe diuinis legibus peracturos.*
- CCXV. *Interlocutio, ut gesta recitentur, quibus petitor possit ostendi.*
- CCXVI. *Vbi lecto titulo relationis, quarunt Donatista, cur lectus est titulus: & cognitor iubet, ut actis neuter titulus inferatur.*
- CCXVII. *Vbi, exceptore recitante, Donatista quarunt unde prolata sint.*
- CCXVIII. *Vbi catholici dicunt, recitatis gestis debere a se exigi lectionis ipsius firmitatem.*
- CCXIX. *Interlocutio, ante lectionem precipiens responderi unde gesta prolata sint.*
- CCXX. *Vbi catholici respondent, ex archiuo proconsulis hac esse prolata: & recitantur ex ordine.*
- CCXXI. *Vbi interrupta recitatione gestorum, interrogant Donatista, utrum Caciliani sit filius is qui nunc agat.*
- CCXXII. *Catholicorum ad ista responsio; scriptum esse, ne Christianus patrem sibi dicat in terra: nec in Caciliano spem se ponere si innocens fuit, nec, si nocens ille fuit, ecclesiam deserendam.*

- CCXXIII. Vbi interloquente cog-  
nitore omnia debere recitari,  
Donatista postulant vt prosequi  
iubeantur.
- CCXXIV. Vbi catholici dicunt,  
ex recitatione gestorum petitoris  
inueniri posse personam.
- CCXXV. Prosecutio Donatista-  
rum, vbi dicunt non esse discu-  
tiendam Caciliani personam, si  
reus manifestissimus deprehen-  
sus, non potest obesse catholicis.
- CCXXVI. Catholicorum respon-  
sio, ideo se Caciliani in medium  
misisse personam, quoniam ipsa  
catholica ecclesia semper obiecta  
est, de qua si nunc taceant Do-  
natista, nihil esse iam causa cur  
separatio teneatur.
- CCXXVII. Vbi interrogant Do-  
natista vtrum qui agunt Caci-  
liani sint filii.
- CCXXVIII. Catholicorum ad ista  
responsio.
- CCXXIX. Iterum interrogatio Do-  
natistarum super eadem re.
- CCXXX. Catholicorum responsio,  
non patrem aut matrem Cacilia-  
num sibi fuisse, sed fratrem: ibi  
etiam profitentur fidei sua Chri-  
stum esse principium.
- CCXXXI. Iterum Donatista, v-  
trum pater fuerit Cacilianus,  
interrogant.
- CCXXXII. Catholicorum ad ista  
responsio, & inde contentio.
- CCXXXIII. Interlocutio qua desi-  
gnat ad interrogata respondiisse  
catholicos.
- CCXXXIV. Vbi iurantes obii-  
ciunt iudici Donatista, quod sa-  
tis defendat ipse catholicos.
- CCXXXV. Prosecutio catholico-  
rum continens de patris ac fra-  
tris nomine repetita: vbi etiam  
dicitur Caciliani causam ad ec-  
clesiam minime pertinere, sed  
tamquam frater innocens defen-  
dendus sit.
- CCXXXVI. Prosecutio Dona-  
tistarum, Cacilianum catholicis  
radicem fuisse vel caput, & ne-  
cesse eam, vt si Cacilianus no-  
cens fuerit, etiam propaginem  
eiusdem qui in capite fuit reatus  
inficiat.
- CCXXXVII. Vbi catholici re-  
spondent caput sibi esse Christum.
- CCXXXVIII. Vbi Petilianus in-  
terrumpit, & quarit, quis ordi-  
nauerit Augustinum.
- CCXXXIX. Item questio a Do-  
natistis immissa, ab Apostolo, in  
quo dictum est, ego vos gene-  
raui per euangelium. 1. Cor. 4.
- CCXL. Catholicorum contestatio  
de tumultu partis aduersa.
- CCXLI. Interlocutio qua iubet re-  
spondere catholicos ad proposi-  
tam de Apostolo questionem.
- CCXLII. Catholicorum ad questio-  
nem responsio, cum testimoniis scri-  
pturarum, vnum patrem esse ad  
salutem, dici autem alios hono-  
ris gratia, non salutis.
- CCXLIII. Vbi interrogant Do-  
natista, quomodo vocetur qui or-  
dinauerit Augustinum.
- CCXLIV. Prosecutio catholico-  
rum, ad causam minime pertinere,  
vt ordinator ipsius inquiratur.
- CCXLV. Vbi exprimentibus Do-  
natistis de Augustini ordinatore  
se querere, a catholicis responde-  
tur non se defendendam Augustini  
causam, qualiscumque sit, suscepisse.
- CCXLVI. Interlocutio, qua iube-  
tur vt Augustinus de ordinato-  
re suo ad quesita respondeat.
- CCXLVII. Vbi Augustinus causa  
ecclesie in tuto primitus constituta,  
de suo euidenter ordinatore respon-  
det, & ad obii-cienda quaecumque  
putarint, prouocat Donatistas.

ANNO  
CHRISTI  
411.

- CCXLVIII. *Interlocutio qua Donatistas precipit respondere quid competat quod interrogant, licet non differat causam questio personarum.*
- CCXLIX. *Prosecutio Donatistarum, qua dicunt vitii sacerdotum ecclesiam maculari: & volumen offerunt cum diuinis testimoniis recitandum: quo recitato a catholicis in prima cognitione mandato, postea conceperunt.*
- CCL. *Interlocutio, ubi dicit tunc demum quod a Donatistis offertur posse recitari, si velint a publicarum discussione chartarum discedere cognitorem.*
- CCLI. *Vbi petunt Donatista quod offerunt interim recitari & ab officio recitentur.*
- CCLII. *Interlocutio qua dicit scripturam illam non debuisse ab his penitus concipi, a quibus mandato semel effecto negotium omne transferat.*
- CCLIII. *Vbi asserunt Donatista legalibus testimoniis velle se a catholicis prolata in mandato suo legalia testimonia refutare, & rogant ut sua audiatur epistola.*
- CCLIV. *Interlocutio qua concedit ut recitentur quod secundum ius publicum non recte conceptum est: & hoc ipsum quod indulget, enumerat, ne ius a iudice videatur omissum.*
- CCLV. *Exceptore recitante, dicunt Donatista sensus epistola non bene distingui.*
- CCLVI. *Vbi catholici concedunt ipsos legere Donatistas, cum ipsis catholicis, ut legerent, in superioribus denegarent.*
- CCLVII. *Interlocutio qua dicit nihil interesse quis legat.*  
Concil. Tom. 4.
- CCLVIII. *Vbi a Donatistarum episcopo recitatur epistola quam miserunt ad iudicem Donatista, qua testimoniis referta legalibus illa omnia testimonia, quasi contrariis nitatur excludere qua in mandato suo catholici posuerunt.*
- CCLIX. *Interlocutio, qua omni epistola recitata, prabitam a catholicis pronuntiat esse patientiam: & aduersus textum eius iubet respondere catholicos.*
- CCLX. *Prosecutio Donatistarum, qua petunt, ut testimonia sua testimoniis reuincantur.*
- CCLXI. *Vbi a catholicis aduersus Donatistarum epistolam respondetur.*
- CCLXII. *Vbi volunt interrumpere Donatista negates arcam in scripturis esse nominatam.*
- CCLXIII. *Item ubi asserunt Donatista, de occultis non euiden- tibus reis euangelium praecepisse, ut eorum permixtio toleretur.*
- CCLXIV. *Vbi catholici postulant, ut sibi patientia non negetur, quam ipsi recitante Donatistarum epistola praeuerunt.*
- CCLXV. *Prosecutio catholicorum, ubi inter cetera de superioribus repetita, & illud inseritur, mundi nomine ecclesiam contineri.*
- CCLXVI. *Donatistarum contra ista contentio, mundi nomine ecclesiam non teneri.*
- CCLXVII. *Vbi catholici postulant, ut admoneantur Donatista prestare patientiam, quorum epistola illico respondetur, nullo dilationis spatio postulato, quomodo ipsi petierunt cum catholicorum vellent respondere mandato.*
- CCLXVIII. *Vbi Donatista respondent, ipsum sibi obstrepere*

Qij



- qui longa prosequitur.
- CCLXIX. Vbi catholici postulant, ut si volunt de singulis habere conflictum, remoueatur epistola, aut patientiam praebeant, aut respondeatur epistola.
- CCLXX. Vbi dicunt Donatista, ideo se non posse prestare patientiam, quod aliter volunt legem interpretari catholici.
- CCLXXI. Interlocutio qua patientiam dicit esse praebeendam, quoniam totius epistola tenor a catholicis patienter auditus est.
- CCLXXII. Prosecutio catholicorum, qua ideo scribi uniuersa testantur, ut si quid in obliuionem venerit, de tabulis repetatur: Et ubi dicunt, Et in malo Et in bono, mundum scripturarum testimoniis nominatum.
- CCLXXIII. Interlocutio qua scriptum esse praecipit, perstreperere Donatistas.
- CCLXXIV. Vbi asserunt Donatista, interpretari ecclesiam non posse per mundum: cum mundum agrum esse, non ecclesiam, ipse Christus expresserit.
- CCLXXV. Interlocutio interrogans Donatistas, quis ille sit mundus qui saluandus est dictus.
- CCLXXVI. Donatistarum ad ista responsio, mundum illum hominem dici.
- CCLXXVII. Interlocutio, qua requirit, utrum ex iisdem hominibus constet ecclesia.
- CCLXXVIII. Donatistarum ad ista contentio.
- CCLXXIX. Vbi exceptores Et notarii suggerunt, impletis codicibus, se debere discedere, Et alios subrogari.
- CCLXXX. Interlocutio id fieri oportere praecipiens.
- CCLXXXI. Prosecutio catholicorum, qua prolata a Donatistis epistola plena assertionem respondent.
- CCLXXXII. Prosecutio Donatistarum aduersus prosecutionem catholicorum, quam contra epistolam retulerunt.
- CCLXXXIII. Prosecutio catholicorum, qua ostendunt malos in ecclesia seminatos, quod Donatista fieri posse negauerunt; qua defendunt quod se dixisse de duabus ecclesiis dixerunt Donatista.
- CCLXXXIV. Interlocutio qua praecipit ut ex codice recitetur, utrum duas ecclesias dixissent catholici prosequentes.
- CCLXXXV. Vbi interpretari volunt Donatista, de duabus ecclesiis sensisse catholicos, quoniam duas eos ecclesias dixisse non constitit.
- CCLXXXVI. Prosecutio catholicorum, qua defendunt quid dixerint de ecclesia praesentis temporis Et futuri.
- CCLXXXVII. Prosecutio Donatistarum, ubi dicunt etiam mortalem ecclesiam dixisse catholicos, cum ecclesia immortalitas sit promissa.
- CCLXXXVIII. Prosecutio catholicorum, ubi asserunt supradictis assertionibus suis, eam ecclesiam immortalem esse promissam, qua nunc ex iustis mortalibus constat in terra.
- CCLXXXIX. Interlocutio qua dicit de peracta quaestione in sententia se dicturum esse quod sentiat, Et iubet ut causa pandatur erroris.
- CCXC. Prosecutio Donatistarum, qua petit ut de singulis articulis cognitio decursa pronuntiet: Et

- vbi dicunt testimoniis legalibus suis non esse responsum.
- CCXC. Catholicorum ad hanc secundum superiora responsio.
- CCXCII. Interlocutio iudicis, qua dicitur, legibus prohiberi, ne sententia pro parte negotii proferatur.
- CCXCIII. Donatistarum ad ista contentio, qua etiam catholicis facit iniuriam, dum illos falsos iactitat sacerdotes.
- CCXCIV. Contestatio catholicorum, vbi se ab iniuria dissimulare respondent.
- CCXCV. Prosecutio Donatistarum, qua dicit iudici, si Christus non es, cur de sacerdotibus iudicas? & qua asserit hoc iudicium Christo esse seruandum: & a catholicis quarit, vtrum eis preceperit Christus hominem iudicem postulare.
- CCXCVI. Catholicorum ad ista responsio, quod primi Donatista in episcopali causa humana iudicia flagitarunt, & quod persecutionem non patiantur ipsi, sed faciant.
- CCXCVII. Vbi dicunt Donatista, quod Circumcelliones faciunt, ad sacerdotes minime pertinere.
- CCXCVIII. Prosecutio catholicorum, quod Donatista oculos eruendo, diabolum superauerunt.
- CCXCIX. Vbi dicunt Donatista, diabolum a catholicis esse defensum.
- CCC. Prosecutio catholicorum, Maximianistas Donatistas esse meliores, a quibus persecutionem passi sunt, si tolerata persecutio efficit meliores.
- CCCI. Prosecutio Donatistarum, vbi dicitur diabolus rem fecisse priorem, quod Iob oculos spectatores vulnerum non ademit.
- CCCII. Prosecutio catholicorum, vbi consolarium fecisse Donatistas, & dominicos codices combussisse dicuntur.
- CCCIII. Prosecutio Donatistarum, ecclesias suas cruentis adhuc plenas esse corporibus.
- CCCIV. Interlocutio querens, an ipsa fuerit causa disidii.
- CCCV. Donatistarum ad ista responsio.
- CCCVI. Vbi a catholicis dicitur hoc posse Maximianistas obicere Donatistis.
- CCCVII. Interlocutio similis precedenti.
- CCCVIII. Vbi catholici prouocant Donatistas vt causam veteris disidii fateantur.
- CCCIX. Vbi dicunt Donatista Traditores, id est, malam arborum ex factis suis, id est, ex fructibus posse cognosci.
- CCCX. Catholicorum ad ista responsio.
- CCCXI. Interlocutio querens, quando mala arbor extiterit.
- CCCXII. Prosecutio Donatistarum, non sibi ad omnia esse responsum, & ad singula.
- CCCXIII. Iudicem debere ferre sententiam, & a primi hominis culpa hereditarium in omnes transisse delictum.
- CCCXIV. Interlocutio, de omnibus simul ferendam esse sententiam, ne motus iudicis ante finem negotii publicetur.
- CCCXV. Prosecutio catholicorum, postulans vt charta, qua recitari ceperant, perlegantur.
- CCCXVI. Interlocutio precipiens recitari, & relationis ad Constantinum imperatorem ab Aulino proconsule destinata, qua

- Maiorinus obstitisse Caciliano chartas criminum eius proconsulis ad principem dirigendas tradidisse, signatur.*
- CCCXVII. *Vbi post recitationem, seruari sibi quod contra competit, postulant Donatista.*
- CCCXVIII. *Item recitatio relationis alterius ab eodem proconsule ad eundem principem destinata, qua significat idem proconsul Cecilianum cum decem clericis suis, & totidem aduersarios eius ad urbem pergere se fecisse, sicut praeceperat imperator.*
- CCCXIX. *Item relatio epistole Constantini ad Militiadem Romanum episcopum missa, qua & ceteris sacerdotibus inter Cacilianum & aduersarios eius delegatur.*
- CCCXX. *Prosecutio catholicorum intimans quae lecta sunt cognitori, & postulans ut Militiadis in Caciliani causa iudicium recitetur.*
- CCCXXI. *Recitatio iudicii Militiadis.*
- CCCXXII. *Vbi Donatista volunt aliud contra Militiadis iudicium recitari.*
- CCCXXIII. *Vbi catholicis dicitur, non omne Militiadis iudicium esse perlectum, quoniam triduo tunc actum est, & trina sunt gesta.*
- CCCXXIV. *Interlocutio, ubi contra recitata volentibus prosequi Donatistas dicitur, ut patiantur primitus omnia per ordinem recitari.*
- CCCXXV. *Vbi contendunt contra recitata prosequi Donatista.*
- CCCXXVI. *Vbi a catholicis dicitur, adhuc superesse quod debeat recitari, siquidem non sit lecta sententia Militiadis.*
- CCCXXVII. *Prosecutio Donatistarum, qua se dicunt, ideo de exiliis ad iudicium remeasse, quia eis cognitor iurauerat per edictum.*
- CCCXXVIII. *Responsio catholicorum non fugisse in exilium Donatistas.*
- CCCXXIX. *Prosecutio Donatistarum de petitoris persona, qua peracta sunt repetentes, & dicens Cecilianum purgationem non debuisse recitari, qui adhuc ab ipsis non fuerat accusatus.*
- CCCXXX. *Interlocutio, debere chartas quas Donatista offerunt recitari, ut omnibus recitatis petitoris persona valeat deprehendi.*
- CCCXXXI. *Vbi contendunt catholici recitationem chartarum suarum interrumpi penitus non debere, sed omnia per ordinem esse recitanda.*
- CCCXXXII. *Vbi Donatista respondent, recitationem de Caciliano, catholico non potuisse competere.*
- CCCXXXIII. *Interlocutio, ubi contententibus de continenda recitatione catholicis, iubet cognitor illa potius recitari quae offerunt Donatista.*
- CCCXXXIV. *Prosecutio Donatistarum initium referens causa, quid Mensurios Carthaginensis ecclesiae episcopos unitatis tempore persecutio effecerit causa dissidii.*
- CCCXXXV. *Interlocutio probationem exigens, si Mensurio crimen traditionis impingitur.*
- CCCXXXVI. *Prosecutio catholicorum, qui, salva ecclesiae causa, traditionem in Mensurio probari desiderant.*

- CCCXXXVII. *Ubi a Donatistis familiaris epistola recitatur, a Mensurio ad Secundum episcopum destinata, qua quidquid circa se actum sit tempore persecutionis insinuat.*
- CCCXXXVIII. *Prosecutio catholicorum, qua volunt esse testatum, familiares epistolas recitari quarum fides habeatur incerta.*
- CCCXXXIX. *Item alia familiaris epistola recitatur Secundi ad Mensurium rescribentis.*
- CCCXL. *Vbi catholici postulant exprimi, qui fuerit hic Secundus.*
- CCCXLI. *Vbi qui Secundus fuerit exprimitur Donatista.*
- CCCXLII. *Recitatio supradicti rescripti, qua vicissim quid circa se in Numidia gestum sit eo tempore Mensurio Secundus insinuat.*
- CCCXLIII. *Interlocutio precipiens ut recitatis epistolis suis patienter audiant Donatista que legi a catholicis ceperant.*
- CCCXLIV. *Prosecutio Donatistarum, qua superesse sibi dicit quod de Caciliano legendum est.*
- CCCXLV. *Interlocutio etiam de Caciliano, quod superest precipiens recitari.*
- CCCXLVI. *Prosecutio catholicorum que patienter se habere asserit, ut legatur.*
- CCCXLVII. *Vbi offerunt Donatista conditum a patribus suis de Caciliani damnatione Decretum, & hoc iubente iudice recitatur.*
- CCCXLVIII. *Recitatione conclusa, interloquitur iudex, ut si quid est adhuc quod de Caciliano recitari debeat, intimetur.*
- CCCXLIX. *Prosecutio Donatistarum, de ceteris quoque personis alia se habere documenta promittens.*
- CCCL. *Interlocutio ut qua a catholicis oblata fuerant perlegatur.*
- CCCLI. *Prosecutio catholicorum testatum faciens & aduersum Mensurium nihil publicis actum esse iudiciis, & Cacilianum absentem ab his esse damnatum in Concilio sine consule & die, qui sibi inuicem confessi traditionis crimina in alio inueniuntur ignouisse Concilio.*
- CCCLII. *Interlocutio hoc ipsum exigens recitari.*
- CCCLIII. *Vbi principio Concilii recitato, interrumpunt Donatista, negantes consulem & diem ecclesiasticis adici Decretis.*
- CCCLIV. *Catholicorum ad ista responsio.*
- CCCLV. *Interlocutio similis precedenti.*
- CCCLVI. *Vbi exigunt catholici oportere disquiri, utrum Donatus, cuius modo vocabulum recitatum est, inter Caciliani fuerit damnatores.*
- CCCLVII. *Interlocutio querens ista disquiri, & ita nomina singulorum.*
- CCCLVIII. *Vbi Donatista testantur se prebuisse patientiam, vicem petentes, cum ceperint respondere.*
- CCCLIX. *Interlocutio secundum voluntatem Donatistarum exigens de catholicis patientia professionem.*
- CCCLX. *Vbi de prebenda patientia catholici profitentur.*
- CCCLXI. *Vbi lecta codicis parte totum legi flagitant Donatista.*
- CCCLXII. *Catholicorum ad ista responsio.*

- CCCLXIII. *Prosecutio catholicorum, ideo asserens se legisse que lecta sunt, ut Caciliani possit valere purgatio.*
- CCCLXIV. *Interlocutio aduersus illa que a catholicis recitata sunt, Donatistas admonens respondere, ut cetera que interrupta sunt recitentur.*
- CCCLXV. *Prosecutio Donatistarum, asserens quod Decretum sine consulis adscriptione protulerint, ex consuetudine se fecisse maiorum.*
- CCCLXVI. *Interlocutio que dicit, ex hoc ne catholicos fecisse aliquam questionem.*
- CCCLXVII. *Prosecutio catholicorum, ideo hac agere Donatistas ut tempora contrahantur.*
- CCCLXVIII. *Vbi Donatista dicunt, si de sententiis dictis nemo dubitat, Cacilianus iure damnatus est.*
- CCCLXIX. *Prosecutio catholicorum asserens posse monstrari quid de Caciliano sit gestum, si que interrupta fuerint recitentur.*
- CCCLXX. *Vbi exigunt a catholicis Donatista, utrum illud verum esse Concilium, quo Cacilianus damnatus est, fateantur.*
- CCCLXXI. *Catholicorum responsio, & si verum sit illud Concilium, Caciliano absenti praiudicare non posse: quomodo Maximianistarum Concilium damnantium Primianum praiudicium non attulit Primiano.*
- CCCLXXII. *Donatistarum prosecutio, nec causam cause, nec personam praiudicare persone.*
- CCCLXXIII. *Interlocutio de Caciliano qui a septuaginta damnatus est, respondere catholicos oportere.*
- CCCLXXIV. *Prosecutio catholicorum, inde se mentionem de Primiani damnatione fecisse, quia euangelica regula est, aduersarios de suis operibus arguendos.*
- CCCLXXV. *Prosecutio Donatistarum, a primordio repetens quid Cacilianus admiserit, & promittens ex Optati episcopi catholici scriptis posse monstrari Cacilianum fuisse confessum qui a traditoribus fuerit ordinatus.*
- CCCLXXVI. *Prosecutio catholicorum, ut que interrupta fuerant recitentur, & ubi dicunt, ipsos illius temporis Donatistas de suo iudicasse Concilio, qui Cacilianum quem damnauerant accusare apud Constantinum principem voluerunt.*
- CCCLXXVII. *Interlocutio que requiritur, utrum post hoc Concilium accusationis Caciliani, ad principem Donatista transmiserunt.*
- CCCLXXVIII. *Vbi querunt Donatista utrum Cacilianus ab illo episcoporum iudicio appellauerit.*
- CCCLXXIX. *Catholicorum prosecutio, qua destruitur Donatistarum utroque modo Concilium, siue ante factum est quam ad imperatorem Caciliani crimina mitterentur, siue postea congregatum est.*
- CCCLXXX. *Interlocutio, qua a Donatistis exigunt responderi, utrum ante accusationem Caciliani, an postea illud fuerit Concilium celebratum.*
- CCCLXXXI. *Donatistarum ad ista responsio.*
- CCCLXXXII. *Catholicorum prosecutio, qua postulant ea que acta sunt postea recitari, ut Cacilianus absolutus, & accusatores eius doceantur fuisse damnati.*

ANNO  
CHRISTI  
411.

- CCCLXXXIII. *Prosecutio Donatistarum, qua volunt lectione monstrare consuetudinis esse maiorum quod ecclesiastico iudicio consul non sit adscriptus.*
- CCCLXXXIV. *Vbi catholici dicunt ad causam non pertinere quod volunt legere Donatista.*
- CCCLXXXV. *Interlocutio, qua catholicos percontatur, utrum illud Decretum, quod sine consule est, falsum esse non existiment.*
- CCCLXXXVI. *Catholicorum ad ista responsio.*
- CCCLXXXVII. *Interlocutio inbens ut qua interrupta primitus fuerant, recitentur.*
- CCCLXXXVIII. *Vbi Donatista illud Concilium, quod Caciliani damnatores inuicem sua crimina donauerunt, ideo arguunt falsitatis, quia huic contra ecclesiasticum & apostolicum morem, consul adiectus est.*
- CCCLXXXIX. *Prosecutio catholicorum postulans ut superfluis amputatis, ea gesta recitetur, quibus absolutus Cacilianus possit ostendi.*
- CCCXC. *Vbi contendunt Donatista ecclesiasticis Conciliis adscribi consulem non solere, & hoc flagitant ex scriptis dominicis approbare.*
- CCCXCI. *Vbi postulant catholici purgationis Caciliani gesta debere recitari.*
- CCCXCII. *Prosecutio Donatistarum catholicos cogens Decreti illius subire iacturam, quod aduersus damnatores Caciliani recitauerunt.*
- CCCXCIII. *Interlocutio ubi dicit, ex duobus Decretis illud potius dicant posse nutare, cui nomen consulis deest: & precipiens, ut qua interrupta fuerat perlegatur.*
- CCCXCIV. *Prosecutio catholico-  
Concil. Tom. 4.*
- rum, asserens nec illis se Decreti causationem aliquam facere, nec tamen alterius Decreti se pati debere iacturam.*
- CCCXCV. *Donatistarum ad ista responsio.*
- CCCXCVI. *Interlocutio, ex maiore diligentia consulis adiecti, si dem non perire Decreto.*
- CCCXCVII. *Donatistarum ad ista contentio.*
- CCCXCVIII. *Prosecutio catholicorum, Caciliani purgationem debere iudicio recitari.*
- CCCXCIX. *Vbi Donatista dicunt non valere catholicos solvere quod obiectum est.*
- CCCC. *Catholicorum ad ista responsio, cur in apostolicis Conciliis non sit dies adiectus & consul: & quod in prophetis libris inueniantur singula tempora suis significationibus fuisse testata.*
- CCCCI. *Interlocutio, qua petentibus Donatistis ut iudicet, dicit, iudicari de negotii parte non posse.*
- CCCCII. *Recitatio iudicii Militiadis, & aliorum similiter sacerdotum, qua Cacilianus ostenditur absolutus.*
- CCCCIII. *Prosecutio Donatistarum, ubi secundum superiora contendunt, ut catholicos cogant Decreti, quod aduersus Caciliani damnatores protulerunt, subire iacturam.*
- CCCCIV. *Interlocutio qua a Donatistis exigit, utrum habeant aliquid proferendum contra recitatum iudicium Militiadis.*
- CCCCV. *Itē interlocutio qua Donatistas aliud agentes admonet, ut ad quaesita respondeant.*
- CCCCVI. *Catholicorum responsio contra illud quod a Donatistis Decreti a se prolati iacturam facere compellantur.*

R.

- CCCCVII. *Vbi Donatista contendunt, illud Decretum aduersus damnatores Caeiliani a catholicis recitatum ideo nulla veritate fulciri, quia persecutionis tempore non possit Conciliū congregari.*
- CCCCVIII. *Catholicorum similis ad ista responsio, persecutionis tempore fieri posse Conciliū: & hoc legalibus testimoniis edocetur.*
- CCCCIX. *Prosecutio Donatistarum similis precedenti.*
- CCCCX. *Catholicorum ad ista responsio, posse Conciliū persecutionis tempore celebrari, si illo tempore, quamuis furtim, tamen etiam populus potuit congregari.*
- CCCCXI. *Prosecutio Donatistarum, nunquam persecutionem passos esse catholicos, qui quanta vis sit persecutionis ignorant.*
- CCCCXII. *Catholicorum ad ista responsio, qua interrogat Donatistas, utrum negent collecta Christianorum persecutionis fieri solere temporibus.*
- CCCCXIII. *Interlocutio qua definit a catholicis hoc probandum, utrum nouerint persecutionis tempore Conciliū celebratum.*
- CCCCXIV. *Catholicorum responsio, apostolos inter persecutiones Iudaeorum primum fecisse Conciliū.*
- CCCCXV. *Donatistarum ad ista contentio.*
- CCCCXVI. *Interlocutio de catholicis exigens hoc doceri.*
- CCCCXVII. *Vbi catholici de actibus apostolorum recitant lectionem, qua probare velint quod ab ipsis Conciliū requisitum est.*
- CCCCXVIII. *Interlocutio qua designat recitata a catholicis lectione, quod quaesitū est non probasse.*
- CCCCXIX. *Prosecutio catholicorum, asserens persecutionis tempore ab episcopis colligi potuisse Conciliū, siquidem tunc etiam plebes congregatae reperiuntur, unde martyres facti sunt.*
- CCCCXX. *Interlocutio id exigens comprobari, & ubi exceptores alii subrogantur.*
- CCCCXXI. *Prosecutio catholicorum, qua interrogari desiderat Donatistas, utrum nulla habeant martyrum gesta persecutionis tempore in collectis se fuisse fatentium.*
- CCCCXXII. *Interlocutio ad interrogata respondere commonens Donatistas.*
- CCCCXXIII. *Donatistarum ad quaesita responsio, qua dicunt, nullam domum episcoporum capere potuisse Conciliū.*
- CCCCXXIV. *Vbi respondent catholici, duodecim episcopis qui in Concilio tunc fuerunt, domum sufficere potuisse.*
- CCCCXXV. *Interlocutio qua requirit quantus in illo Concilio numerus episcoporum fuerit.*
- CCCCXXVI. *Catholicorum prosecutio similis precedenti.*
- CCCCXXVII. *Interlocutio catholicorum dicta confirmans.*
- CCCCXXVIII. *Vbi catholici interrogant Donatistas, utrum tempore persecutionis negent fieri solere collecta.*
- CCCCXXIX. *Donatistarum prosecutio, qua dicit hoc Decretum, quod a duodecim episcopis factū catholici protulerunt, vel hinc falsum esse, quod aliis non est temporibus factum, vel quod ob imperatorem in propinquis regionibus positum nemo illic auderet congregare Conciliū.*
- CCCCXXX. *Vbi catholici dicunt, paruum episcoporum numerum facile tunc colligi potuisse.*
- CCCCXXXI. *Donatistarum ad ista responsio.*

ANNO  
CHRISTI  
411.

- CCCCXXXII. Vbi catholici contestantur non permitti suos exire quos ad gesta miserant perferenda de martyribus in collecta se fuisse fatentibus.
- CCCCXXXIII. Vbi vltro gesta martyrum Donatista offerunt recitanda.
- CCCCXXXIV. Interlocutio precipiens eadem recitari.
- CCCCXXXV. Vbi recitatio de gestis consule & die, flagitant Donatista vt etiam Decreti consil & dies cum eorundem gestorum die vel consule conferatur.
- CCCCXXXVI. Interlocutio qua inter Decreti gestorumque temporali quantum interstiti, inquirat.
- CCCCXXXVII. Vbi aliter de interuallo temporis pronuntiatum catholicis quantum interfuerit scripta respondeat.
- CCCCXXXVIII. Vbi id de quo temporis interuallo aliter a catholicis renuntiatum fuerat, tolli de tabulis prohibent Donatista.
- CCCCXXXIX. Vbi hoc ipsum catholici excusant, & remanere patiuntur in tabulis.
- CCCCXL. Vbi de hoc falsi notant catholicos Donatista.
- CCCCXLI. Catholicorum responsio, qua asserunt falsum illud dici non posse Decretum, nisi probauerint Donatista persecutionis tempore collecta fieri non solere.
- CCCCXLII. Prosecutio Donatistarum, non potuisse Concilium eo tempore congregari, quo martyres in equuleo dependebant.
- CCCCXLIII. Interlocutio catholicorum repetens ad ista responsum.
- CCCCXLIV. Vbi catholici respondent etiam tempore persecutionis tantam fuisse Christianorum diligentiam, vt in carceri-  
Concil. Tom. 4.
- bus baptizati martyres fuerint collecta plebis facta, ex gestorum posse recitatione clarescere.
- CCCCXLV. Interlocutio, gesta precipiens recitari.
- CCCCXLVI. Vbi Donatista dicunt, hac ipsa se gesta nuper obtulisse recitanda, que nunc a catholicis prosequuntur.
- CCCCXLVII. Item recitatio gestorum quibus passiones martyrum continentur.
- CCCCXLVIII. Item offerunt alia martyrum gesta catholici, unde collecta plebis tunc facta doceantur, & recitatur.
- CCCCXLIX. Interlocutio qua definit ex recitatione gestorum collecta plebis persecutionis tempore celebrata.
- CCCCCL. Prosecutio Donatistarum qua contendunt catholicos Decreti istius facere debere iacturam, quia non potuit tunc episcopale Concilium congregari.
- CCCCCLI. Interlocutio qua definit, duodecim episcopos in vnam domum tunc colligi potuisse, quando collecta a plebe publice fieri potuerunt.
- CCCCCLII. Prosecutio Donatistarum qua adhuc de Decreti falsitate contendunt, & ipsius Decreti sententias & verba discutunt, & Cacilianum contra damnatores suos illo se Decreto dicunt se defendere potuisse, si constaret tunc factum hoc fuisse Decretum.
- CCCCCLIII. Interlocutio contra Donatistarum prosecutionem, qua dicit duodecim episcopos & congregari tunc & latere facile potuisse, Cacilianum autem non illo duodecim episcoporum Decreto, sed Militiadis potius absolutum esse iudicio.



- CCCCLIV. *Vbi iterum Donatista catholicos cogunt iacturam ipsius subire Decreti.*
- CCCCLV. *Vbi alia documenta imperatorii iudicati super absolutione Caciliani volunt offerre catholici.*
- CCCCLVI. *Interlocutio id ipsum praeicipiens recitari.*
- CCCCLVII. *Vbi exigunt a iudice Donatista, ut de Decreti illius falsitate pronuntiet.*
- CCCCLVIII. *Interlocutio, clariuisse de gestis fieri tunc potuisse Concilium.*
- CCCCLIX. *Prosecutio catholicorum, qua tacentibus Donatistis iudicatum Constantini super absolutione Caciliani offerunt recitandum.*
- CCCCLX. *Prosecutio Donatistarum, qua contendunt fieri tunc non potuisse Concilium, & debere catholicos eiusdem Decreti dispendium sustinere.*
- CCCCLXI. *Interlocutio, tunc de isto Decreto enixius inquirendum fuisse, si in hoc Caciliani absolutio teneretur, nunc Donatistas contra iudicium Militiadis, aliud oportere vel dicere, vel proferre, quo Caciliani absolutio destruat.*
- CCCCLXII. *Prosecutio Donatistarum qua promittunt responsuros se esse contra iudicium Militiadis: fidem tamen illius inquirendam esse Decreti.*
- CCCCLXIII. *Interlocutio exigens intimari aliquid contra iudicium Militiadis, & iudicans in persecutione fieri potuisse Concilium.*
- CCCCLXIV. *Catholicorum prosecutio, necessariam fuisse causam, cur tunc congregarentur episcopi.*
- CCCCLXV. *Interlocutio exigens contra Caciliani absolutionem a Donatistis aliquid responderi.*
- CCCCLXVI. *Prosecutio Donatistarum, quamvis collecta tunc facta sint, plebis tamen episcoporum contrahi tunc non potuisse Concilium.*
- CCCCLXVII. *Interlocutio exigens Donatistas legere aliquid contra iudicium Militiadis.*
- CCCCLXVIII. *Prosecutio Donatistarum, non potuisse episcopos suos in eo crimine alterum condemnare, si eo ipsi tenerentur obnoxii.*
- CCCCLXIX. *Catholicorum de scripturis dominicis ad ista responsio.*
- CCCCLXX. *Interlocutio exigens ut contra absolutionem Caciliani quid proferatur.*
- CCCCLXXI. *Prosecutio Donatistarum, Cacilianum in Africa ubi damnatus fuerat, debuisse purgari: Militiadis autem pro eo sententiam non valere, quia simili etiam discrimine tenebatur.*
- CCCCLXXII. *Prosecutio catholicorum exigens hoc probari quod de crimine Militiadis dixerant Donatista.*
- CCCCLXXIII. *Interlocutio approbari praeicipiens quod intenditur Militiadi.*
- CCCCLXXIV. *Prosecutio Donatistarum qua de Militiadis nomine quid sit actum probaturam se gestorum recitatione promittit.*
- CCCCLXXV. *Vbi catholici petunt de nomine Militiadis res iudicatas debere proferri.*
- CCCCLXXVI. *Vbi Donatista dicunt de scriptis Optati catholici episcopi monstraturos Caci-*

ANNO  
CHRISTI  
411.

- lianum Brixia fuisse damnatum.
- CCCCLXXVII. Interlocutio, Optati testimonio nunc amoto, illud potius quod super nomen Militiadis Donatista promiserant, proferendum.
- CCCCLXXVIII. Vbi Donatista Optati volunt testimonium recitari.
- CCCCLXXIX. Interlocutio qua promittit & Optati testimonium recitandum, si primum quod contra Militiadem promissum fuerat, recitetur.
- CCCCLXXX. Prosecutio catholicorum, contra eminentes episcoporum sententias unius Optati testimonium suscipi non debere.
- CCCCLXXXI. Donatistarum prosecutio, nimium verum esse quod contra catholicos Optatus catholicus dixit.
- CCCCLXXXII. Catholicorum prosecutio, Optati scripta pro scripturis canonicis non haberi.
- CCCCLXXXIII. Prosecutio qua exigunt Donatista, ut aut damnent catholici Optatum, aut patiantur eius testimonium recitari quo Cacilianus Brixie dictum fuisse damnatum: & qua admonent iudicem, ut promissam teneat aequitatem.
- CCCCLXXXIV. Interlocutio similis precedenti.
- CCCCLXXXV. Catholicorum prosecutio, contra Militiadem debere Donatistas proferre aliquid iudicatum.
- CCCCLXXXVI. Interlocutio similis precedenti.
- CCCCLXXXVII. Vbi dicunt Donatista non esse prolixum quod de Optato desiderant recitari.
- CCCCLXXXVIII. Interlocutio, ordinem seruandum esse designans, ut primo contra Militiadem a liquid, postea de Optato quantum voluerint recitetur.
- CCCCLXXXIX. Vbi gesta in urbe habita offerunt Donatista.
- CCCCXC. Vbi gesta eadem recitantur, quibus in urbe Roma a nonnullis aliis & a quodam Stratone rerum ecclesiasticarum traditio perpetrata est.
- CCCCXCI. Interlocutio, in tam prolixis gestis nihil dictum de nomine Militiadis.
- CCCCXCII. Vbi dicunt Donatista, adhuc se non finisse totum quod promiserant recitare.
- CCCCXCIII. Catholicorum prosecutio, qua prolixis gestis se patientiam prebuisse testantur, & nihil ex iisdem aduersum Militiadem esse prolatum: unde se debere de absolutione Cacilianii etiam Constantini principis legere iudicatum.
- CCCCXCIV. Prosecutio Donatistarum, qua testantur traditione se gestis prioribus recitasse, & adhuc se habere quod legant.
- CCCCXCV. Interlocutio alia circa Militiadis personam recitari gesta permittens, & catholicis seruans, ut recitent postea si quid velint.
- CCCCXCVI. Hic catholici volunt esse testatum, quod non expresserint Donatista, ubi superiora gesta confecta sint.
- CCCCXCVII. Interlocutio confirmans quod a catholicis dictum est.
- CCCCXCVIII. Item a Donatistis gesta alia recitantur, quibus post redditam agendi licentiam Christianis, res ecclesie qua tradita fuerant recuperantur ab Stratone & ceteris, quos ad id negotium Militiadis episcopus destinarat.

- CCCCXCIX. Interlocutio, quod etiam secunda gesta nihil de reatu contineant Militiadis.
- CCCC. Vbi asserunt Donatista eum Stratonem quasi diaconum a Militiade directum ad res ecclesie repetendas, qui inuenitur ante tradidisse.
- CCCCCI. Interlocutio postulans id deberi.
- CCCCCII. Vbi recitatur ex primis gestis Stratonis nomen.
- CCCCCIII. Interlocutio postulans euidenter ostendi, utrum Straton in primis gestis diaconus fuerit nominatus.
- CCCCCIV. Vbi Donatista ex hoc illud interpretari volunt ibi diaconum significatum, quod iisdem gestis hortator superstitionis fuerit nominatus.
- CCCCCV. Vbi catholici ex Donatistarum prosecutione colligunt, fieri potuisse ut alter fuerit Straton superstitionis hortator.
- CCCCCVI. Donatistarum contra ista contentio.
- CCCCCVII. Interlocutio qua dicitur utraque gesta iisdem temporibus facta, & debuisse Stratonem eodem hortatoris nomine utrobique signari.
- CCCCCVIII. Item interlocutio qua requirit apertum crimen & manifestam damnationem Militiadis esse promendam.
- CCCCCIX. Prosecutio Donatistarum, eundem Stratonem esse qui primo tradidit, postea res suscepit ecclesie, nec obesse veritati, quod ibi hortator superstitionis est dictus, quia gentiles diaconum dicere noluerunt: tunc de Militiade oportere iudicari Stratonis consortio maculatum.
- CCCCCX. Interlocutio, probari oportere quod idem Straton etiam tunc a Militiade directus sit, quando dicitur tradidisse.
- CCCCCXI. Donatistarum prosecutio, ideo ibi non teneri vocabulum Militiadis quod adhuc episcopus non fuisset: hinc autem Militiadem fuisse pollutum, quod traditorem Stratonem in numero habuit diaconorum.
- CCCCCXII. Interlocutio pronuntians partes agere quae competunt.
- CCCCCXIII. Prosecutio catholicorum, duos Stratones tunc esse potuisse: nec abhorre a consuetudine, ut duo uno nomine censeantur, Militiadem vero reum esse non posse, nisi traditionem Stratonis scisse doceatur.
- CCCCCXIV. Interlocutio, inter episcopos nihil suspicionibus actiandum, & debere Constantini iudicium recitari.
- CCCCCXV. Recitatio iudicii Constantini quo apud se quoque Caccilianum fuisse purgatum post Arelatense Concilium, significat imperator.
- CCCCCXVI. Interlocutio qua admonet Donatistas utrum contra hac habeant aliquid recitandum.
- CCCCCXVII. Vbi dicunt iterum Donatista Militiadem Stratonis societate pollutum.
- CCCCCXVIII. Interlocutio similis precedenti.
- CCCCCXIX. Vbi dicunt Donatista, falsum esse iudicium Constantini auribus intimatum.
- CCCCCXX. Interlocutio, quod inter partes sententiam tulerit imperator.
- CCCCCXXI. Vbi hoc legi desiderant Donatista.
- CCCCCXXII. Interlocutio, hoc ipsum significari, & ex rescripto principis superius recitato.

- CCCCXXIII. Vbi Donatista volunt esse testatum, ex rescripto principis nec diem esse nec consulem.
- CCCCXXIV. Vbi respondent catholici, & lectum esse ex rescripto diem, & iterum offerunt ut legatur.
- CCCCXXV. Prosecutio Donatistarum, lecto die non esse consulem lectum.
- CCCCXXVI. Catholicorum ad ista responsio, & ut si de rescripto dubitatur, archiuorum inspicatur auctoritas.
- CCCCXXVII. Interlocutio imperiale rescriptum cui desit consul & dies, in dubium reuocari non posse.
- CCCCXXVIII. Vbi Donatista queruntur episcopale Decretum superius a catholicis cum consule esse prolatum, & nunc imperatoris epistolam sine consule recitari.
- CCCCXXIX. Vbi catholici prouocant Donatistas, ut dicant falsam esse imperatoris epistolam.
- CCCCXXX. Vbi postulant Donatista, ut quod sibi seruatum fuerat, de Optato proferant lectionem.
- CCCCXXXI. Interlocutio, debere respondere primitus Donatistas, virum falsa sit imperatoris epistola, & ita demum recitari de Optato quod velint.
- CCCCXXXII. Vbi asserunt Donatista Caciliano nihil prodesse rescriptum, quia inuenitur postea condemnatus: & hoc volunt recitata Optati lectione constare.
- CCCCXXXIII. Vbi catholici contestantur, quod sibi non obsit error Optati: legi tamen patiuntur Optatum.
- CCCCXXXIV. Vbi postea consul inuenitur imperiali epistola.
- CCCCXXXV. Vbi de Optato lectio recitatur.
- CCCCXXXVI. Non inuenta in Optato damnatione Cecilianii, sed retentione apud Bryziam temperantius ab Optato esse dictum asserunt Donatista.
- CCCCXXXVII. Interlocutio debere Donatistas qui hoc Optatum temperantius posuisse dixerunt, euidentius approbare Cecilianum & imperatorem fuisse damnatum.
- CCCCXXXVIII. Prosecutio Donatistarum, qua dicunt alium Case non fuisse Donatum.
- CCCCXXXIX. Catholicorum ad ista responsio, quod in actis Militiadis Donatus Casensis euidenter expressus sit.
- CCCCXL. Vbi Petilianus episcopus partis Donati impedimento raudedinis agere se non posse testatur.
- CCCCXLI. Vbi catholici testantur, ideo se Petilianum excusationi subtrahere voluisse, quod ei Donatus Casensis ex gestis euidenter ostensus est.
- CCCCXLII. Interlocutio, cum septeni adstent, de vnius defectu querelam esse posse.
- CCCCXLIII. Prosecutio Donatistarum, principi Constantino libellum asserunt proprios dedisse maiores, & eo principem motum, agendi eis dedisse licentiam, & ibi Felicis Aptungitani episcopi, qui Cacilianii fuerat ordinator, causa narratur.
- CCCCXLIV. Interlocutio exigens ut quod competit Donatistis documentorum prolatione monstretur.
- CCCCXLV. Libelli recitatio, quem Constantino imperatori de-

- derunt illo tempore Donatista.
- CCCCXLVI. *Prosecutio catholicorum, qua asserunt pro se facere libellum quem recitauerunt Donatista.*
- CCCCXLVII. *Interlocutio catholicorum dicta confirmans, & rescriptum Constantini precipiens recitari.*
- CCCCXLVIII. *Vbi recitatur epistola Constantini ad vicarium destinata, qua libertatem agendi tribuit Donatistis.*
- CCCCXLIX. *Prosecutio catholicorum qua dicit pro se magis epistolam facere Constantini, quia non de Cæciliano aliquid iudicatum est, sed furori suo ipsi permisi sunt.*
- CCCCCL. *Interlocutio catholicorum dicta confirmans.*
- CCCCCLI. *Vbi Donatista petunt ut iudex de permissa sibi a Constantino arbitrii libertate pronuntiet.*
- CCCCCLII. *Interlocutio pronuntians quod petitum est, & asserens principem Honorium de absolute Cæciliani hodie precipisse disquiri.*
- CCCCCLIII. *Prosecutio Donatistarum qua interpretantur ideo non videri Cæcilianum fuisse purgatum, quia retractata causa Felicis ordinatoris eiusdem, Ingentius quidam ad comitatum preceptus est destinari, & nihil actum ab Ingentio reperitur, quo Felix absolutus esse noscatur.*
- CCCCCLIV. *Prosecutio catholicorum qua promittunt se Æliani proconsulis recitata ratione monstrare, quid super Felicis absolute fuerit actitatum.*
- CCCCCLV. *Vbi Donatista contendunt Constantini potius literas recitandas, quibus iussus est*
- Ingentius ad palatium destinari.*
- CCCCCLVI. *Interlocutio qua hoc potius preciperet recitari.*
- CCCCCLVII. *Vbi hæ ipse litera recitantur.*
- CCCCCLVIII. *Prosecutio catholicorum, vbi dicunt relationem Æliani proconsulis recitandam, qua Felix ostenditur absolutus.*
- CCCCCLIX. *Recitatio relationis eiusdem.*
- CCCCCLX. *Interlocutio qua deprecatur, ut ad pleniorum fidem etiam gesta ipsa, quibus Felix purgatus est, recitentur.*
- CCCCCLXI. *Vbi Donatista contendunt illud potius recitandum, si aut directus est, aut aliquid apud imperatorem egit Ingentius.*
- CCCCCLXII. *Prosecutio catholicorum, acta potius recitari oportere, ut quemadmodum Cæcilianum constitit absolutum, ita & Felix purgatus fuisse monstratur.*
- CCCCCLXIII. *Interlocutio gesta precipiens recitari.*
- CCCCCLXIV. *Gestorum recitatio pro Felice qui Cæciliani fuerat ordinator.*
- CCCCCLXV. *Interlocutio exigens ut quod partibus competit, intimetur.*
- CCCCCLXVI. *Prosecutio Donatistarum contra gesta pro Felice prolata.*
- CCCCCLXVII. *Interlocutio, gesta qua roboravit antiquitas, non nisi aliorum prolatione gestorum posse rescindi.*
- CCCCCLXVIII. *Prosecutio catholicorum, sufficere causa quidquid ab ipsis est recitatum, & si Cæciliani purgatione Ingentii persona rescindit, Donatistas hoc potius debere monstrare.*

CCCCCLXIX. Interlocutio qua istud exigit recitari.

CCCCCLXX. Donatistarum persecutio qua dicunt presentem Felicem debuisse purgari, & qua requirunt utrum aliquid apud imperatorem Ingentius pro Felice responderit.

CCCCCLXXI. Persecutio catholicorum qua dicunt, quoniam omnia per ordinem recitata sunt, debere cognitorem, summotis tergiversationibus, ferre sententiam.

CCCCCLXXII. Interlocutio exigens ut contra gesta, quibus absolutus est Felix aliquid recitetur.

CCCCCLXXIII. Persecutio catholicorum, maioris esse innocentiae documentum quod absens purgatus est Felix.

CCCCCLXXIV. Persecutio Donatistarum, qua omnes totius negotii recapitulatur articuli superiorum persecutionum diuersimode tractati.

CCCCCLXXV. Interlocutio, absoluta & consumpta repeti non debere, qua rursus exigitur, ut contra Felicis absolutionem aliquid recitetur.

CCCCCLXXVI. Persecutio catholicorum postulans, ut quoniam

discussis omnibus, superflua reperiuntur, iam sententia profertur.

CCCCCLXXVII. Interlocutio contra Felicis absolutionem aliquid recitandum.

CCCCCLXXVIII. Persecutio Donatistarum debere iudicem de his qua prolata sunt iudicare, ut etiam cetera recitentur.

CCCCCLXXIX. Interlocutio, omnia debere iudicari, ut de omnibus iudicetur.

CCCCCLXXX. Persecutio Donatistarum similis precedenti.

CCCCCLXXXI. Interlocutio similis precedenti.

CCCCCLXXXII. Persecutio Donatistarum, pro arbitrio partis aduersae falsatum esse & destructum quidquid a sua parte prolatum est.

CCCCCLXXXIII. Interlocutio, si nihil superest quod legatur, debere partes exire, ut scribi possit sententia plena.

CCCCCLXXXIV. Interlocutio conuocans partes ut sententia recitetur.

CCCCCLXXXV. Sententia recitata qua totum complexa negotium, quid obseruari oporteat, pro catholica unitate decernit.

G E S T A P R I M Æ  
C O G N I T I O N I S .

**P**OST consulatum Varanis v. c. Kalendis Iunii Carthagine in secretario thermarum Gargilianarum, presentibus Sebastiano, Maximiano & Petro viris deuotissimis protectoribus domesticis, adstantibus Vrsō, Petronio & Liboso ducenariis, Bonifacio & Euasio apparitoribus illustrium atque eminentium potestatum, Fileto apparitore illustri comitiuæ sedis, Exitioso adiutore corniculari, Possidio, Quodvultdeus & Colonico adiutoribus commentariorum officii domini nostri v. c. & spectabilis proconsulis, Nauigio adiutore numerorum officii domini nostri v. c. & spectabilis vicarii, Nampio scriba officii v. c. legati almæ Carthaginis, Rufiniano scriba v. c. curatoris celsæ Carthaginis, excipientibus etiam Hilario & Prætextato exceptoribus domini nostri v. c. & spectabilis proconsulis, Fabio exceptore domini nostri v. c. & spectabilis vicarii, & Romulo exceptore v. c. legati almæ Carthaginis, excipientibus quoque Ianuario & Vitale notariis ecclesiæ catholicæ, Victore & Cresconio notariis ecclesiæ Donatistarum, Vrsus ducenarius illustrium atque eminentium potestatum dixit:

Dudum vestra sublimitas secundum imperiale præceptum & nos, & ceteros, qui tam de sacratissimo comitatu, quam etiam de Africanis officiis sublimitatis tuæ sunt actibus deputati, ad singulas prouincias destinauit, & edicta etiam per vniuersam Africam direxit, vt tam catholici quam Donatistæ episcopi intra quartum mensem collationi cuncti adesse deberent: quæ tempora hodierna die videntur impleri. & quia præsto sunt vniuersi, de omnibus scilicet prouinciis Africanis, id est de prouincia proconsulari, de prouincia Burcensi, de Numidia, de Mauritanis, Sitiphensi & Cæsariensi, sed etiam & de Tripolitana prouincia, si præcipit nobilitas tua, adsint iidem venerabiles viri, vt omnia suo ordine peragantur.

II.

Flavius Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Ad-  
 sint venerabiles viri quos præsentis esse suggeritis. Et in-  
 gressis vniuersis episcopis partis Donati, ingressis etiam  
 Aurelio, Alypio, Augustino, Vincetio, Fortunato, Fortu-  
 natiano & Possidio episcopis ecclesiæ catholicæ, cum No-  
 uato, Florentio, Maurentio, Bonifacio, Prisco, Sereniano  
 & Scyllacio coepiscopis suis, Deuterio, Leone, Asterio,  
 & Restituto, æque episcopis & custodibus gestorum.

III.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Optarem  
 quidem tantæ huius multitudinis sanctitatem quæ sub v-  
 nius Christi Dei religione censetur, nulla a se dissensio-  
 ne seiungi: sed quia id quod dudum error antiqui hostis  
 immisit, Deum certum est velle nunc corrigi, ne diutius  
 germana religio concertatione sua spectaculum gentibus  
 faciat, licet supra meritum meum hoc cognoscam esse  
 iudicium, vt inter eos videar iudicare a quibus me po-  
 tius decuerat iudicari: tamen quia certum est, hanc cau-  
 sam spectante Deo & angelis testibus agitandam, quæ sub  
 fidei cælestis examine vel probata præmium afferat, vel  
 læsa iudicium, vt tandem præsentium disceptationibus  
 episcoporum manifestius veritas elucescat, imperialis  
 primitus sanctio recitetur, vt in quem modum atque for-  
 mam sit suscipienda cognitio, ab omnibus possit aduerti,  
 licet eam cunctis innotuisse sat clarum sit. Martialis ex-  
 ceptor recitauit.

IV.

Imperatores Cæsares Flavius Honorius & Theodosius,  
 Pii, Felices, Victores, ac Triumphatores, Augusti, Flauio  
 Marcellino suo, salutem. Inter imperii nostri maximas cu-  
 ras, catholicæ legis reuerentia, aut prima semper aut sola  
 est. Neque enim aliud aut belli laboribus agimus, aut pa-  
 cis consiliis ordinamus, nisi vt verum Dei cultum orbis  
 nostri plebs deuota custodiat, vt etiam Donatistas vel ter-  
 rore vel monitu olim implere conuenerant, qui Africam,  
 hoc est regni nostri maximam partem, & sæcularibus officiis  
 fideliter seruientem, vano errore & dissensione superflua  
 decolorant. Nos tamen eadem frequentius non piget re-  
 plicare, quæ omnium retro principum deuota in Deum de-

ANNO  
 CHRISTI  
 411.

ANNO  
 CHRISTI  
 411.



finiuit auctoritas, ne temporibus nostris, si quid forte in iniuriam legis catholicæ fuerit generatū, iusto iudicio hoc nobis possit imputare posteritas. Nec sane latet conscientiam nostram sermo cælestis oraculi, quem errori suo posse proficere scæua Donatistarum interpretatio profiteretur, qui quamuis deprauatos animos ad correctionem mitius inuitaret, aboleri eum tamen etiam ante iussimus, ne qua superstitionibus præstaretur occasio. Nunc quoque excludendam subreptionem simili auctoritate censemus, illudque merito profiteamur, libenter nos ea quæ statuta fuerant submouere, ne in diuinum cultum nobis se quisquam auctoribus æstimet posse peccare. Et quamuis vna sit omnium & manifesta sententia catholicæ legis plenam veritatem recto hominum cultu & cælesti sententia comprobata, studio pacis & gratiæ, venerabilium virorum episcoporum legationem libenter admisimus, quæ congregari Donatistas episcopos ad cætum celeberrimæ desiderat ciuitatis, vt electis etiam sacerdotibus quos pars vtraque delegerit, habitis disputationibus superstitionem ratio manifesta confutet. Quam rem intra quatuor menses præcipimus explicari, vt conuersos animos populorum etiam clementia nostra, sicut desiderat, celerius possit cognoscere. Quod si intra præstitutum tempus studiosè Donatistarum episcopi declinauerint conuenire, trini edicti vocatione contumacium tempora concludantur. Quibus emensis atque transactis, si prouocati adesse contempserint, cedat cum ecclesiis populus, qui doctores suos silentio cognouerint superatos, & victum se aliquando gratuletur, sciatque si non præceptis nostris, vel catholicæ legis veris imperiis seruiendum. Cui quidem disputationi principe loco te iudicem volumus residere. Quidquid etiam ante in mandatis acceperis, plenissime meministi, omnemque, vel in congregandis episcopis, vel euocandis, si adesse contempserint, curam te volumus sustinere: vt & ea quæ ante mandata sunt & quæ nunc statuta cognoscis, probata possis implere solertia; id ante omnia seruaturus, vt ea quæ circa catholicam legem vel olim ordinauit antiquitas, vel parentum nostrorum auctoritas religiosa constituit, vel nostra serenitas roborauit, nouella subreptione

submota integra & inuiolata custodias. Vt sane admini-  
 cula competentia actibus tuis deesse non possint, viros  
 spectabiles proconsulem atque vicarium serenitas nostra  
 commonuit, vt si propriarum dignitatum statum cupiunt  
 retinere, si apparitionem suam extrema declinare suppli-  
 cia, tam ex propriis officiis, quam ex omnium iudicum  
 apparitione, abunde necessarios faciant deputari. Erit  
 iam sollicitudinis tuae, si quid vlla cognoueris arte differri,  
 missis relationibus indicare, vt negligentes puniat digna  
 correctio. Omnia sane quae vel in vnum episcopis congre-  
 gatis disputatio completa firmauerit, vel desistentibus  
 forte statuerit circa contumaces lata sententia, te referre  
 conueniet, vt quid ad confirmandam catholicam fidem  
 praecipio nostra profecerit, celerius possimus agnosce-  
 re. & diuina manu; Vale Marcelline carissime nobis. Da-  
 ta pridie Idus Octobris Rauennae.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Recitata  
 venerabilis lex gestis praesentibus inferatur, cuius defini-  
 tio euidenter apparuit, vnde nunc edictorum meorum  
 per ordinem forma recitetur.

V.

Martialis exceptor recitauit: Quid clementissimus  
 princeps dominus noster Honorius pro catholicae fidei  
 confirmatione decreuerit, antelatorum apicum tenore  
 monstratur: legationem siquidem venerabilium episco-  
 porum libenter accipiens, Africam suo deuotam semper  
 imperio vario religionum genere diutius inquietari de-  
 colorarique non passus est. Studio namque pacis & fidei  
 tantorum dissidia populorum ex antiqua persuasione ve-  
 nientia veritatis voluit manifestatione sedari, vt quos se-  
 dare principalibus a se sanctionibus prorogatis ac trahi ad  
 vnam fidei sententiam non posse peruidit, habita vtra-  
 rumq; partium disceptatione reuocaret. Cunctos etenim  
 tam catholicae quam Donatianae partis episcopos in vnum  
 voluit congregari, vt lectis ab vtraque parte peritioribus  
 viris, certae fidei veritate discussa, superstitionem ratio ma-  
 nifesta conuincat: quatenus quidquid illud est quod pro  
 suis partibus aestimat vnusquisque posse competere, pro-  
 feratur in medium, & sic germanae, vel sero, fidei lux cla-  
 rescat. Consona siquidem vtriusque partis petitio ad hanc

principem sententiam prouocauit. Nam sicut a catholicis nuper collatio postulata est; sic ante breuissimum tempus Donatistarum episcopos in iudicio illustrium potestatum collationem postulasse non dubium est. Et quoniam libenter assensum tribuit clementia principalis, & Concilium fieri intra Africam vniuersale decreuit vtriusque partis iuxta poscentibus, huic me disputationi principe loco iudicem voluit residere. Vnde cunctos per Africam tam catholicam quam partis Donatianæ episcopos huius edicti tenore commoneo, vt intra tempus lege præscriptum, id est, intra quatuor menses, qui dies intra diem Kalendarum Iuniarum sine dubio concludetur, ad ciuitatem splendidam Carthaginensem Concilii faciendi gratia conuenire non differant, ne eam partem de merito propriæ fidei appareat iudicasse, quam defuisse constiterit. Vniuersos etiam cunctarum prouinciarum curatores, magistratus, & ordinis viros, nec non & actores, procuratores, vel seniores singulorum locorum, pari admonitione conuenio, sub propriæ existimationis ac dignitatis reatu salutisque periculo, quatenus in ciuitatibus locisque in quibus consistunt, vtriusque partis episcopos conuenire, vel sub gestorum confectione vel sub cuiuslibet scripturæ documento extante, festinent; ita vt si ipso in tempore in ciuitatibus non potuerint inueniri, per rura etiam perquisitis tam imperialis præcepti forma, quam tenor huius innotescat edicti; quatenus intra hos quatuor menses ordinum relatione cognoscam singularum partium voluntatem. Illud etiam scire Donatianæ partis episcopos volo, si quis eorum adfuturum se esse responderit, ecclesiam sibi primitus cum omni iure suo quæ forte a catholicis iuxta præceptum imperiale retinetur, sine aliqua dilatione per viros ordinis mox tradendam. Si vero omnes vel singuli in locis suis positi se adfuturos esse responderint, & ecclesias & ea loca quæ eorum fuisse vel eos tenuisse constiterit, per supradictorum ordinum instantiam eorum iuri dominioque reddenda, vt reformato iisdem primitus statu, disputationis inchoetur initium. Et quoniam tanti mihi negotii summam committere voluit augustissimus princeps, illud me quoque fateor libenter accipere, vt si de mea persona

ANNO  
CHRISTII  
411.

ANNO  
CHRISTI  
411.

aliquid cunctationis affertur, alium mecum iudicē, quem ipsi delegerint Donatianæ partis & fidei, vel superioris vel similis dignitatis residere non abnuam. Siue autem cum alio siue solus in hoc negotio iudicaturus interero, nihil aliud me, nisi quod allegationes partium examinata potuerint demonstrare, & quod veri inuenerit fides, per admirabile mysterium trinitatis, per incarnationis dominicæ sacramentum, & per salutem supra memoratorum principum iudicaturum me esse promitto. Nec illam sane partem potui reticere, quatenus nouerint, siue pro Donatistis, siue pro catholicis fuerit lata sententia, in nullo se Donatistarum episcopos aliquam molestiam esse passuros, sed liberos & ab omni iniuriæ genere alienos ad propria redituros. Quod me & per tremendum iudicii diem, & per sacramenta superius memorata, ita facturum esse polliceor. Omnes autem qui ad singulas prouincias fuerant destinati, nouerint in nullo se quemquam deinceps Donatistarum aliquatenus conuenire debere, vel aliquam iisdem superioris executionis molestiam generare, ni malunt pro contemptu recentioris præcepti subiacere vindictæ. Erit autem omnibus Donatianæ partis hominibus de eorum qui missi sunt concussionibus & deprædationibus, si quas forte admissas esse nouerunt, liberum conqueri, ut in eos probata criminum qualitate, ultio digna procedat: & alia manu: Proponatur.

VI.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Lectum edictum gestis præsentibus adhærebit, quo constat me euidentiùs obtulisse, ut si placeret electus a uestra parte mecum alius cognitor resideret: qui si præsto est, introire dignetur.

VII.

Petilianus episcopus dixit: Non decet nos cognitorem eligere alterum, qui non petiuimus primum: & alia manu: Recognoui.

VIII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Euidentiùs præceptionis Augustæ tenore declaratum est collationem non cognitorem fuisse postulatum, & arbitrio suo meæ mediocritatis iudicium delegisse: cui necesse est

me omnibus modis inferuire, cum & sanctitatem vestram ideo conuenisse manifestum sit, vt satisfaceret imperialibus constitutis.

## IX.

Petilianus episcopus dixit: Saluis omnibus quæ competunt nobis, & de persona & in causa, proponant ii qui ista elicere meruerunt: & alia manu: Petilianus episcopus recognoui.

Marcellinus vir clarissimus tribunus & notarius dixit: Saluis atque incolumibus vniuersis quæ legibus deferuntur, edictorum per ordinem, sicut & prius statui, formæ recitentur.

## X.

Martialis exceptor recitauit: Magnitudo huiusce negotii, quod de veritatis ac religionis agnitione suscipitur, etiam si parum momenti sui libraretur examine, conuenerat tamen ipsa disceptantium grauitate atque auctoritate pensari. Nulli enim habetur ambiguum, quanti sit ponderis causa, quæ inter episcoporum est discutienda personas. Sed cum mihi cognitionem disceptationis huiusce crediderit augusta dignatio, eisque iudicem dederit, quibus inferiorem me esse, pro tanti nominis veneratione cognosco, fidei sollicitudinis meæ hac confidatione prospexi, vt de meo vellem iudicio iudicari. Huius igitur auctoritate propositi omnes vtriusque partis episcopos censui commonendos, vt ante cognoscant, non amplius quam septenos ambarum episcopos partium mutux inter se disceptationis habituros esse colloquium, quos in officium disputandi suarum partium subrogaret electio: siquidem certum deligi ex partibus numerum præceperit imperialis auctoritas. Aderunt alii quoque septeni, delecti iudicio suæ cuiusque partis episcopi: qui seruata primitus per omne colloquium moderatione silentii, ad hoc se tantum intelligant interesse, vt si qui ex disputationibus vtriusque septenis conferre consilium cum suorum quoque voluerit, cum eodem illic secedat in partem, atque ibi communicata patienter ratione tractandi, proprium reuertatur ad locum, fidem seruaturus officii, vt alter, cui id necesse est, tacendo audienda commendet; alter, cui id munus est, loquendo suscepta con-

confirmet. Erit autem collationi aptissimus locus thermarum Gargilianarum; in quem die Kalendarum Iuniarum eosdem episcopos solos qui designati sunt oporteat convenire. Ex quo illud profecto perspicuum est, eo nullum penitus populi fieri debere conuentum, quo nec ipsos vniuersos confluere sinatur episcopos. Nam cum patientia disputandi quæ soli amica silentio est, omnem cateruatim agminis strepitum perhorrescat, nihil interest, vtrum eam congestio populorum, an episcoporum turba præpediat. Igitur episcopi memorati soli in prædictum locum tempusque conueniant: ita tamen vt reliqui omnes vtriusque partis episcopi ante diem qui prædestinatus examini est, ratum se habituros quidquid a septenis vtiq; coepiscopis suis fuerit actitatum, epistolis ad meam dicationem currentibus vtrimque designent. Quibus epistolis tamen etiam testimonium omnes apud me propria subscriptionis adiungant. Æquissimum namque est, vt eorum vniuersa collatio rata futura promittatur ab omnibus, qui eliguntur ab omnibus. Nullus ergo vel laicus vel episcopus vltra numerum præstitutum in illum tranquillissimum Concilii locum contra prohibitum molitur accedere, quin potius etiam plebes suas pia quietis ac modestiæ commonitione conueniant, hoc per ecclesias proprias ante tractantes, quatenus a die disputationis ac loco omnis se multitudo contineat, vt religioso patientiæ magisterio delinitum Christianæ paci populum parent. Non solum enim episcopi, verum etiam rationabilis in hanc sententiam populus ipse consentit, disputantibus supradictis: & vbi maior occupatio mentium defixa consistit, de veritate quærentibus, nihil turbidum, nihil tumultuosum, nihil denique intempestiuum debere prorsus obstrepere: nam vt quod omnium saluti proficiat, fiat postea publicum, debet discutientibus veritatem præstare ante secretum, a me vero ita per omnia promulganda sententia est, vt in publicam dimissa notitiam, toto splendida Carthaginis populo iudice ponderetur. Ita quippe oculis non solum vrbs huiusce, verum etiam vniuersæ prouinciæ totus emensæ ordo disputationis pandetur, vt tam prosecutiones disputantium episcoporum, quam pronuntiationum mearum series

subsecuta, digestis in publico voluminibus explicetur. Hæc enim in iudice securitas fidei est, ut de se non timeat iudicari. Ut igitur in eliciendæ veritatis examen non inferpat aliquatenus calumniosa suspicio, lucemque perspicuam, quam mentibus publicis probationum evidentium fides absoluta purgabit, nullis penitus nebulis causatio cuiuslibet partis obducat; id etiam contra suspicionum fucos & commenta fallendi necessario prouisum. Nouerint omnes non solum oportere, verum etiam expedire seruari, scilicet ut inter fatibus meis me primitus per omnia subscribente, etiam omnes disputantes episcopi suis in scheda prosecutionibus vniuersis absque vlla prorsus excusatione subscribant. Exigit enim meritum fidei, ut aduersus eum qui assertionibus suis perfidum forte subducere tentarit assensum, & inficiari quæ dixerit, etiam testimonii sui consistat auctoritas; vbi soli proficiat victoria veritati. Hi autem qui excipiendi funguntur officio, præter eos qui dicationi meæ de publicis præstolantur officiis, etiam quaterni de singulis partibus ecclesiastici alternis debebunt adstare notarii: quorum fides ne qua vacillet ambage, quaterni episcopi partium singularum delecti suorum iudicio præponantur, ut eosdem exceptores ac notarios peruigili ac sollicita obseruatione custodiant, quatenus cum eisdem exceptoribus ac notariis egressi per vices, subinde faciant perspicua digeri descriptione quæ dicta sunt, ut nihilominus adhuc episcopis supradictis in disceptatione versantibus, transeat in apices euidentes profligatæ pars aliqua quæstionis, ut confestim ea cum a septenis episcopis subnexa subscriptione, celerem expectationi publicæ tribuant notionem. Post primum autem collationis diem, descriptioni subscriptionique gestorum, locum diei subsequenti efficiet procrastinata cognitio: ita ut si quid forte præcedenti collationi supererit, in diem tertium recurrat examen. Omne igitur spatium conferendi vicissim diei vnius intercapedo distinguet, quo possint in medio gesta subinde subscribenda describi, memoratorum præstolante custodia, qui hoc fine suum metiantur officium, non ut aliquid dicant, sed ut dicta custodiant. Donec autem emenso exitu quæstionum, omnes expedita veritas

ANNO  
CHRISTI  
411.

enodet ambages, schedas subinde scriptas pariter atque subscriptas, tam mei sigilli quam illorum octo custodum signabit impressio. Maximianistis etiam edicti huius innotescat auctoritas, qua sibi ab illo Concilio intelligant temperandum, quod inter catholicos Donatistasque distinguere omnem diiudicarique conflictum clementium principum præceptio religiosa constituit. Nec eis opitulari aliquatenus potest, quod sibi Donatistarum nomine blandiuntur, cum a Donatistis dicantur esse damnati. Si quis ex istis quæ aduersus omnes multifariæ suspicionis infidias prouisa sollicitè, constituta fideliter, ordinata diligenter, tenor huius propositionis amplectitur, quilibet obseruare noluerit, non solum quid de causa sua sentiat confitetur, verum etiam quid moliat ostendit. Sufficit interim cognitori talis prærogatiuæ, iustitia huius comminationis circa vniuersos episcopos fecisse populum sibi plebis Carthaginensis testem, quem mox est habiturus iudicem. Superest ut ante Concilii diem vniuersum huiusce ordinationis tenorem, vtriusque partis episcopi, amputata penitus mora, missis ad dicationem meam literis suis impleturos se esse promittant, hoc præcipue maturato, ut eadem quibus ad omnia huiusce edicti se consensisse profitebuntur epistolæ primatum tantummodo episcoporum subscriptione signentur: sufficit enim illis epistolis vniuersalem (ut ita dixerim) subscriptionem episcoporum omnium coherere, quibus totum disputationis ordinem conferentium septenorum, ratum se habituros esse promiserint.

XI.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Hoc quoque edictum suscipiet corpus actorum. Ne quid autem fidei plenorum videatur deesse gestorum, vniuersa quæ a partibus medio tempore vel scripta sunt, vel intimata iudiciis, percurrat officium.

XII.

Petilianus episcopus dixit: Egisti partes tuas, vir nobilis, ut & partibus te iustum futurum promiseris esse, & auribus publicis popularem. Sed quia hæc omnia ante causam sunt, non de causa, id primum a tua petimus potestate, ut iis qui me acciriedictis, qui me de meis sedibus

Concil. Tom. 4.

T ij



euocari, qui me laborem itineris pati inquietauit, petita ut voluit proponat, cur meam desiderarit adesse praesentiam, ut nouerim utrum, vel quid, debeam respondere: & alia manu: Petilianus episcopus recognoui.

## XIII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Haec suo loco & ordine rectius peragentur: interim quod statui percurret officium.

## XIV.

Romulus exceptor recitauit: Exemplum notariae Donatistarum. Post consulatum Varanis viri clarissimi octauo Kalendas Iunii Flauio Marcellino viro clarissimo & spectabili tribuno & notario, Ianuarianus, Primianus, & ceteri sinceræ Christianitatis episcopi & catholicae veritatis. Notum facimus sinceritati tuae; nos edicto tuo conuentos, ex diuersis partibus Africae conuolantes, ingressos fuisse Carthaginem xv. die Kalendarum Iuniarum, cuius nostri aduentus & omnes quos Carthago continet testes sunt, & tua sinceritas non ignorat. Tanta enim vis iurisiurandi tui edicto tuo expressa est, ut exceptis his quos aduersae valetudines corporum in sedibus retinent, aut aegritudo in via comprehendit, nec grauissimos senes annositas, nec prolixi itineris labor valeat prohibere. Quod cum solum edictum ante causam sufficeret, alterum quoque dignatus es edere, in quo cum multa nos moueant, tum praecipue magnam sollicitudinem facit, quia nos ipsos, edicto tuo, epistolis nostris ad stipulari oportere censuisti, cum hoc nec mos publicus habeat, nec iudicum consuetudo. Qua de re sinceritatem tuam plurimum exhortamur, ut prioris edicti fide seruata, cunctos nos ad te venire praecipias, ut quamprimum de numero nostro constet, quos aduersarii paucos esse saepe mentiti sunt, ut rite omnibus ordinatis, quae nostris partibus competunt, disceptatio subsequatur, ne aut edicta tuae sinceritatis impugnent, aut nobis quidquam praedudicet, ut cum omnes venire praeeperis, paucos nunc adesse velle videaris. Hoc enim decet & expedit, ut cunctis praesidentibus commune negotium pauci loquantur. Huius notariae parem apud nos retinuimus. & alia manu: Ianuarianus episcopus sub-

scripsi. & alia manu: Primianus episcopus subscripsi.

XV.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Alterius quoque partis recitetur epistola.

XVI.

Romulus exceptor recitavit: Honorabili ac dilectissimo filio, viro clarissimo & spectabili tribuno & notario Marcellino, Aurelius, Siluanus, & vniuersi episcopi catholici. Edicto spectabilitatis tuæ, quo nostræ collationis tranquillitati quietique seruandæ, & veritati manifestandæ muniendæque consultum est, in omnibus nos consentire, sicut admonere dignatus es, per has literas intimamus: hoc est de loco & tempore ipsius collationis, & de numero eorum, quos præsentem esse oportebit. Consentimus etiam, vt hi quibus conferendi delegamus officium, subscribant prosecutionibus suis. Inque illo scripto, quo eis hoc munus imponimus, ratumque nos habituros quod egerint pollicemur, subscriptiones omnium nostrum non solum habeas factas, verum etiam cum fiunt, ipse perspicias; admonituri quoque, Domino adiuuante, populum Christianum, vt a collationis loco, quietis & tranquillitatis gratia, suum absteineat omnino conuentum, & ea quæ aguntur, non cum aguntur, audire festinet, sed conscripta vt cognoscat, expectet, sicut ea te prolaturum omnibus promisisti. Illo etiam, veritate confisi, nos vinculo conditionis obstringimus, vt si nobis ii cum quibus agimus demonstrare potuerint, cum secundum Dei promissâ populi Christiani vsquequaque crescendo iam magnam partem orbis implerent, & in cetera dilatarentur implenda, subito ecclesiam Christi, nescio quorum, quos isti accusant, peccatorum perisse contagio, & in sola remansisse parte Donati: si hoc, vt dictum est, demonstrare potuerint, nullos apud eos honores episcopalis muneris requiremus, sed eorum sequemur, pro sola æterna salute, consilium, quibus tanti gratiam beneficii pro cognita veritate debebimus. Si autem nos potius valuerimus ostendere ecclesiam Christi, omnium non solum Africanarum, verum etiam transmarinarum prouinciarum, multarumque gentium spatia feracissima populorum copia iam tenentem, & sicut scri-

ANNO  
CHRISTI  
411.

ANNO  
CHRISTI  
411.

ptum est, toto mundo fructificantem atque crescentem, nullorum hominum sibi commixtorum peccatis perire potuisse: si denique ipsorum, quos tunc accusare voluerunt, potius quam convincere valuerunt, quaestionem demonstrauerimus esse finitam: quamuis non in eis ecclesiae causa consistat, & Cæcilianum innocentem, illos autem violentos & calumniosos esse iudicatos ab eo imperatore, ad cuius examen criminationes suas vltro accusando miserunt; postremo si quidquid de peccatis quorumlibet hominum dixerint, vel humanis documentis, vel diuinis probauerimus, aut eorum innocentiam falsis criminibus adpetitam, aut Christi ecclesiam, cuius communioni cohæremus, nullis eorum delictis esse destructam, sic eius nobiscum teneant vnitatem, vt non solum viam salutis inueniant, sed nec honorem episcopatus amittant. Neque enim in eis diuinæ sacramenta veritatis, sed commenta humani detestamur erroris: quibus sublatis fraternum pectus amplectimur, Christiana nobis caritate coniunctum, quod nunc dolemus dissensione diabolica separatum. Poterit quippe vnusquisque nostrum, honoris sibi socio copulato, vicissim sedere eminentius, sicut peregrino episcopo iuxta confidente collega. Hoc cum alternis basilicis vtrisque conceditur, vterque ab alterutro honore mutuo præuenitur: quia vbi præceptio caritatis dilatauerit corda, possessio pacis non fit angusta, vt vno eorum defuncto, deinceps iam singulis singuli pristino more succedant, nec nouum aliquid fiet: nam hoc ab ipsius separationis exordio, in eis qui damnato nefariæ discissionis errore vnitatis dulcedinem vel sero sapuerunt, catholica dilectio custodiuit, aut si forte Christiani populi singulis delectantur episcopis, & duorum confortium, inusitata rerum facie tolerare non possunt, vtrique de medio secedamus, & ecclesiis in singulis damnata schismatis causa, in vnitatem pacificam constitutis, ab his qui singuli in ecclesiis singulis inuenientur, vnitati factæ per longa necessaria singuli constituentur episcopi. Quid enim dubitemus redemptori nostro sacrificium istius humilitatis offerre? An vero ille de cælis in membra humana descendit, vt membra eius essemus & nos, ne ipsa eius membra crudeli diuisione lanientur, de

ANNO  
CHRISTI  
411.

cathedris descendere formidamus? propter nos nihil sufficientius, quam Christiani fideles & obedientes simus? hoc ergo semper simus. Episcopi autem propter Christianos populos ordinamur. Quod ergo Christianis populis ad Christianam pacem prodest, hoc de nostro episcopatu faciamus. Si serui vtilis sumus, cur Domini æternis lucris pro nostris temporalibus sublimitatibus inuidemus? Episcopalis dignitas fructuosior nobis erit, si gregem Christi magis deposita collegerit, quam retenta disperferit. Nam qua fronte in futuro sæculo promissum a Christo sperabimus honorem, si Christianam in hoc sæculo noster honor impedit unitatem? Hæc propterea præstantiæ tuæ scribenda curauimus, vt & per te innotescant omnibus: postulamus vt in adiutorio Domini Dei nostri, quo admonente ista promittimus, & quo adiuuante nos implere posse confidimus, etiam ante collationem, si fieri potest, corda hominum vel infirma, vel dura, pia caritas aut sanet, aut edomet. Ac sic iam pacificis mentibus non resistamus manifestissimæ veritati, & disputationem nostram vel præcedamus concordia, vel sequamur. Neque enim desperare debemus, si recolunt, *Beatos esse pacificos, quoniam ipsi filii Dei vocabuntur*, multo dignius & facilius eos velle, vt pars Donati vniuerso orbi Christiano reconcilietur, quam vniuersus orbis Christianus a parte Donati rebaptizetur: cum præsertim de Maximiani sacrilego & damnato schismate venientes, quos etiam terrenarum potestatum iussionibus insectando emendare curarunt, tanta dilectione quæsierant, vt nec baptismum ab eis datum rescindere audent, & quosdam eorum damnatos, sine vlla honoris eorum diminutione susciperent, quosdam vero in illius discissionis societate impollutos fuisse censerent. Quorum inter se concordia non inuidemus; sed eos certe oportet aduertere, quam pie tanto studio ramum a se fractum radix catholica inquit, si ramus ipse similiter a se paruum fragmen incisum sic colligere laborauit. & alia manu: Optamus te fili in Domino bene valere. Aurelius episcopus ecclesiæ catholicæ Carthaginensis, huic epistolæ subscripsi. Item alia manu: Siluanus senex ecclesiæ Summenis subscripsi. Item recitauit.

Matth. 5.

## XVII.

Flavius Marcellinus v. c. & spectabilis tribunus & notarius: Quoniam iustitia dictante, vel fide semel me spondisse commemini, quidquid cum vtriusque partis episcopis gessero, in publicam transmissurum me esse notitiam, causa mihi repetendorum nascitur edictorum. Nam cum superioris forma programmatis ea digesta contineat, quibus ordinata cognitio inoffensum sequatur tramitem iudicandi, necessarium esse censueram, quid super eodem pars vtraque sentiret edicto ab vniuersis episcopis flagitare: qui dicationi meae partim per notoriam, partim per epistolam rescribentes, quid super conditionibus nuper propositis sentiant, intimarunt. Cuius vel epistola, vel notoriae quemadmodum se forma contineat, offerendum publicis obtutibus iudicavi, vt quid vel praecedentis edicti textus exegerit, vel singularum partium responsione relatum sit, vbi totius populi consideraret agnitio, qualiter se habeat examinantis intentio perspicue possit aduertere. Quo indito, item recitauit.

## XVIII.

Honorabili ac dilectissimo filio v. c. & spectabili tribuno & notario Marcellino, Aurelius, Siluanus, & vniuersi episcopi catholicae. Multum nos sollicitos reddidit notoria, vel literae fratrum nostrorum, quos cupimus ad catholicam pacem a perniciose dissensione conuerti; quod edicto nobilitatis tuae, quo ipsius disputationis nostrae tranquillitati quietique prouidisti, consentire noluerunt: ne forte etiam si non omnes, aliqui tamen eorum per multitudinis tumultum seu strepitum, collationem, quae pacifica & pacata esse debet, impediant. Atque vtinam ipsos non pertinet ista cogitatio, & nos potius fallat ista suspicio: & ideo si velint omnes esse praesentes, vt cum eis visum fuerit, congregatis illuc etiam nobis, simul inde egrediamur concordem atque pacatam, & schismatica diuisione correctam, fraterno unitatis Christi vinculo obstrictam, mirantibus & gaudentibus omnibus bonis, dolente autem solo diabolo & similibus eius, pariter in ecclesiam ad gratiarum actionem, laudesque Deo reddendas ardentissima & lucidissima caritate pergamus. Quid enim magnum est, si oculus pacatus attendat, & cogitatio

tatio Christiana non deserat considerare & videre, remotis humanis criminationibus seu veris seu falsis, in eis literis ecclesiam esse quarendam, vbi Christus redemptor eius innotuit? Nam sicut non audimus contra Christum eos qui dicunt corpus eius de sepulcro furatum a discipulis, sic non debemus audire contra eius ecclesiam eos qui dicunt non eam esse nisi in solis Afris, & Afrorum paucissimis sociis. Apostolus quippe dicit, quoniam veraces Christiani membra sunt Christi. Sicut ergo non credimus furto cuiusquam periisse carnem Christi mortuam de sepulcro, sic credere non debemus peccato cuiusquam viua eius membra periisse de mundo. Non est itaque difficile, quoniam caput est Christus, & corpus ecclesia, simul in euangelio commendatum videre, & caput contra calumnias Iudæorum, & corpus contra criminationes hæreticorum. Nam quod legitur: *Oportebat Christum pati, & resurgere a mortuis tertio die,* Luc. 24. contra eos est qui dicunt mortuum de sepulcro esse sublatum: quod autem sequitur: *Et prædicari in nomine eius pœnitentiam, & remissionem peccatorum, per omnes gentes, incipientibus ab Ierusalem,* Ibidem. contra eos est qui dicunt non esse ecclesiam in orbe terrarum: vt vno breui capitulo paucisque verbis, & inimicus capitis, & inimicus corporis repellatur, & si fideliter attenderit, corrigatur. Nam tenere istas inimicitias fratres nostros tanto magis dolemus, quanto magis eos constat easdem scripturas nobiscum tenere, quibus hæc apertissima testimonia continentur. Iudæi quippe qui negant resurrexisse Christum, saltem non accipiunt euangelium: isti autem fratres nostri, vtriusque testamenti auctoritate deuincti sunt; & tamen criminari nos volunt de euangelio tradito, & nolunt ei credere recitato. Sed nunc fortasse huius collationis cura suscepta diligentius perscrutati sunt scripturas sacras, & quia in eis innumerabilia testimonia repererunt, quibus promissa est ecclesia futura in omnibus gentibus & toto orbe terrarum, sicut eam reddi & præsentari cœpisse in euangelio & epistolis apostolicis, & in Actibus apostolorum videmus, vbi & ipsa loca, & ciuitates, & prouinciæ leguntur per quas creuit, incipiens ab Ierusalem, vt inde se etiam in Africam non

migrando, sed crescendo diffunderet. Non autem inueniunt aliquod testimonium diuinorum eloquiorum, vbi dictum est eam perituram de ceteris partibus mundi, & in sola Africa Donati parte mansuram: & viderunt quam sit absurdum, pro illa, quæ fuerat peritura, tot testimonia diuina recitari; pro ea vero quæ, sicut putant, fuerat Domino placitura, nullum eius testimonium reperiri. Hæc forte cogitantes, ad finiendas vanas & perniciosas, & salutem æternam contrarias inimicitias, ad locum collationis nostræ omnes conuenire voluerunt, non vt tumultus nouus oriaur, sed vt vetusta discordia finiat. Nam & illud quo in nos solent grauiter irritari, quod reges terræ, quos tanto ante prædictum est Christo Domino seruituros, leges contra hæreticos & schismaticos pro catholica pace constituunt, credimus quod aliquando cogitauerint, non esse culpandum: quia & antiqui reges non solum gentis Hebraicæ, sed etiam alienigenæ; ne quisquam contra Deum Israel, hoc est, verum Deum non tantum faceret, sed vel diceret aliquid, omnes regni sui populos præceptis minacissimis terruerunt, & maiores istorum ipsam Cæciliani causam, vnde nata est ista dissensio, ad Constantinum imperatorem per Anolinum proconsulem accusando miserunt: quod vtique non ob aliud videntur fecisse, nisi vt imperator Constantinus contra eos qui superati essent, eis qui superassent aliquid regali auctoritate decerneret, totamque ipsam causam potuerunt, & forte fecerunt ipsius collationis necessitate, archiuis publicis perscrutatis, inuenire olim esse finitam, post ecclesiastica iudicia, quibus absolutus est Cæcilianus, illo etiam imperatore iudicante, ad cuius examen rem totam & primo miserunt, & postea perduxerunt. Ibi potuerunt etiam causam Felicis Aptungensis ordinatoris Cæciliani, quem malorum omnium fontem in Concilio suo dixerant, cognoscente Æliano proconsule ex præcepto eiusdem imperatoris inuenire purgatam. Quamquam & hoc si attenderunt, &, quod facile fuerat, aduerterunt, in scripturis sanctis ecclesiam Christi permixtis zizaniis, & palea, & piscibus malis futuram esse promissam vsque ad tempus messis, ventilationis, & litoris, vtique cogitare potuerunt, etiam si malam causam

Cæcilianus & coepiscopi eius habuissent, nihil eos præiudicare potuisse orbi Christiano, quem Deus paucis creditibus tanto ante promisit, & nunc multis videntibus reddidit. Nisi forte plus contra ecclesiam valuit homo peccans, quā pro ecclesia Deus iurans; & iniquitas quod amisit, quam veritas quod promisit. Hæc sentire quam sit stultum & impium iam fortasse viderunt: cogitarunt quoque damnatos a se Maximianistas Primiani damnatores per potestates terrenas etiam de basilicis curasse pellendos, & ibi certius exemplo suo recentiore didicerunt non esse peccatum, si tale aliquid ecclesia contra rebelles suos ab huiusmodi potestatibus postulat, & quod aliquos ex damnatis postea receperunt, quos cum damnarent, aliis etiam plurimis in eadem societate schismaticis constitutis dilationem dederunt, quos in Maximiani sacrilegi surculi communionem impollutos mansisse dixerunt, & baptismum vel a damnatis, vel a sociis eorum, quamuis foris in schismate datum, rescindere atque iterare non ausi sunt, satis utique iudicarunt, ea quæ contra nos dicebant, exemplo suo esse damnata: & credendum est quod iam intelligant quam sit indignum, quam intolerabile, ut cum sedeant in cathedris episcopalibus cum istis, & cum ipso simul Primiano damnatores eius & damnati in causa eius, ut sit pax in parte Donati, de Cæciliano infametur orbis Christianus, ne in pace viuat vnitas Christi. Hæc omnia fortasse cogitantes, & Dei timore permoti omnes collationis loco adesse voluerunt, non tumultus dispositione, sed pacis. Quod enim præterea se vniuersos adesse dixerunt, ut eorum numerus appareat, quoniam eos paucos esse aduersarii sui sæpe mentiti sunt, hoc si aliquando a nostris dictum est, de his locis dici verissime potuit, vbi nostrorum coepiscoporum & clericorum atque laicorum longe maior est numerus, & maxime in proconsulari prouincia: quamquam, excepta Numidia consulari, etiam in ceteris prouinciis Africanis nostrorum numero facillime superentur, aut certe, in comparatione omnium gentium, per quas catholica communio dilatatur, eos esse paucissimos rectissime dicimus. Sed nunc si numerum suum innotescere voluissent, nonne ordinatius atque tranquillius innotesceret



per eorum subscriptiones, quas ut mandato suo, te cer-  
nente, subiungant, edicto admonuisti? Quid sibi ergo  
vult quod collationis loco omnes adesse desiderant? Si  
enim pacem non cogitant, quid non perturbabunt lo-  
cuturi? aut quid illic facient tacituri? Nam etiamsi cla-  
mor non sit, solus susurrus ipse multorum, satis magnum  
strepitum faciet, quo impediatur illa collatio. Quid est  
autem quod in notoria sua ponendum putarunt, ideo se  
iuste flagitasse, ut omnes adessent, quia omnes conuenti  
sunt ut venirent: quasi possent eligi pauci qui adesse de-  
berent nisi ab omnibus qui venissent, ut eorum electio-  
ni te praesente subscriberent, ac sic in paucis omnes es-  
sent, cum ab omnibus pauci electi essent. Aut ergo tu-  
multus ab eis cogitatur, aut pax: quorum illud optamus,  
illud cauemus: & ideo ne forte, quod absit, hoc prae-  
paretur, potius quod cauemus, quam quod optamus, con-  
sentimus adesse omnes illos, ut tamen a nobis tantus ad-  
sit numerus, quantus tuae spectabilitati sufficere visus est:  
ut tumultuosum per turbas si quid emerferit, non nisi eis  
recte imputetur, in quorum parte praesens fuerit. Ad rem  
quae a paucis agenda est, omnino superflua multitudo.  
Si autem quod votis omnibus cupimus, quod ardentem  
appetimus, quod suppliciter a Domino deprecamur,  
causa unitatis faciendae illa erit necessaria multitudo,  
cum voluerint, omnes aderimus, & ad tantum bonum,  
illo adiuuante qui hoc donat, alacriter conuolabimus  
dicentes: Fratres nostri estis, non iam eis qui nos dete-  
stantur, sed qui odio finito amplectuntur, ut nomen Do-  
mini honorificetur, & appareat illis in iocunditate iam  
nobiscum experientibus, quam bonum sit & iucundum  
fratres habitantes in vnum. & alia manu: Optamus te, fi-  
li, in Deo bene valere. Item alia manu: Aurelius episco-  
pus ecclesiae catholicae Carthaginensis subscripsi. Item:  
Siluanus primae sedis prouinciae Numidiae subscripsi.

## XIX.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Euidenter  
apparuit edicto dicationis meae numero praestito, quem  
ex omnium voluntate susciperent, curam negotii per-  
agendam, quoniam id etiam sacratissimam legem voluif-  
se eius recitatio patefecit. Et quia catholicos episcopos

ad edicti tenorem consensisse monstratum est, vtrum etiam episcopi partis alterius de hac re satisfecerint, vel vtrum nunc satisfacere velint, intimare dignentur.

XX.

Emeritus episcopus dixit: Acta est, vt arbitror, causa, & adhuc conflictantium non est statuta persona. Tibi enim, iudicum verissime, nihil aliud incumbit quam tenere veritatem. Si enim omnium negotiorum aduertamus instantiam, primo de tempore, de mandato, de persona, de causa, tunc demum ad merita negotii veniendum est. Quod si pratermissis istis, secundum forenses fasces iactantiamque illius controuersiae, quam tribunalia sibi vindicant, semper legalis nobis ritus ac sermo seruandus est, iudica vir sublimis in negotio Christiano: quia huic causae iudicat Deus, qui & nostra merita, & veri iudicis sententiam aequa ponderans libra, ne immergat, attendit. Edictis enim propositis praesentiae tuae, quantum ad iudicis voluntatem pertinet, nihil temere, nihil incongrue, nihil aduersus aliquem videmus esse prolatum, quantum ad responsiones nostras: quoniam ante causam superflue & ante merita principalis negotii superuacua esse noscuntur, neque mihi nostra propositio, neque illorum responsio officere potest, cum, saluis omnibus ante causam nunc limen ingressi iudicii, quae sint merita negotii definire valeamus. & alia manu: Emeritus episcopus recognoui.

XXI.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Constat de causa nihil penitus mutilatum, cum ea tantum quae ante scripta vel gesta sunt, praeeperim recitari. Vnde quoniam certus a partibus numerus constitui debere praecipus est, vtrum edicto partitum sit, sicut superius interfatus sum, venerabilitas vestra intimare dignetur.

XXII.

Emeritus episcopus dixit: Admoniti quidem integritatis tuae edictis, omnia integra & illibata causa seruabimus. Hanc causam, si tempus, si dies patitur, intimamus. Scimus enim & edicto spectabilitatis tuae & sacri tenore rescripti, intra quatuor menses causam debere finiri. Si iste est dies, veniamus ad causam. Non possumus etenim

quidquam de meritis disceptare, nisi primo de die fuerit iudicatum. & alia manu: Emeritus episcopus recognoui.

## XXIII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Ex edicto secundo diem cognoscere potuisti, qui dies Kalendarum Iuniarum videtur esse constitutus, quoniam hunc esse hodiernum etiam suggestio patefecit officii, & recitatio monstravit edicti. Superest, vtrum de ordinando negotio a vestris partibus, eligendisque personis satisfactum sit, intimetur. Siquidem in confusa multitudine, certa non possit esse persona, cum hoc constet etiam legibus definitum.

## XXIV.

Emeritus episcopus dixit: Diem negotii vtrum terminus edictalis incluserit, an forma imperialis precepti, nobilitatis tuæ debet iudicio definiri. & alia manu: Emeritus episcopus recognoui.

## XXV.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Ex edicto dies est constitutus, secundum formam iudicii principalis: & quoniam non est in his diutius immorandum, superest vt in electione satisfaciatis cælestibus constitutis.

## XXVI.

Emeritus episcopus dixit: Forma precepti talis est, vt intra quatuor menses causa dicatur si secundum hanc formam sublimitatis tuæ edictum est constitutum, superest vt suggerente officio, in medium causa mittatur. & alia manu: Emeritus episcopus recognoui.

## XXVII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Officium ad quaesita respondeat.

Nampius scriba dixit: Secundum diem edicti nobilitatis tuæ, quartus mensis conclusus est die 14. Kalendarum Iuniarum.

## XXVIII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Cum partes Carthaginæ vtræque venissent, in hunc eas diem consensisse non dubium est. Siquidem nulla super hac parte videatur aut dilatio postulata, aut iudicium flagitatum.

ANNO  
CHRISTI  
411.

Petilianus episcopus dixit: Nos ad hanc urbem 15. Kalendarum die Iuniarum venisse, & notoria nostra signauimus, & omnem, non dico Carthaginem, sed Africam fecimus testem: qui si non adessemus, iam pars aduersa sine dubio flagitaret in contumaces dicendam esse sententiam, tempusque iam fuisse definitum, quo nec post venientibus agere quidquam, aut respondere licuisset. Si igitur, vir nobilis, mediam semper libram iudicii tui suspensam ita tenes ac regis, vt nullam in partem vergat aliquid gratiam illam, qua tibi conditionem atque præceptum imperiali auctoritate cognoscis esse permissum, vt ferre pollis in contumaces sententiam: nunc te iudiciali illo motu illa quæ pura cessura animaduertere oportebit, contra hanc partem te ferre iudicium, quæ destitit, quæ non adfuit, quæ delectata est laboribus meis, quæ in hoc quoque mihi insultauit, vt diu chorus iste sanctissimus Senatus caelestis spectaret iudicii tui auctoritatem, excubaret pene quotidie, ipsaque Dei, quæ sacra sunt, sine solitudine non gessisset. Feras igitur, quæso, iudicium, promasque sententiam, non dico acriorem, quam aduersum me ferre potueras, sed quam tibi leges & imperiale præceptum intimant, quamque præcipiunt. Non enim fas est, vt qui contra nos posses ferre iudicium, nunc contra aduersarios meos sententiam valeas denegare. & alia manu: Petilianus episcopus recognoui.

XXX.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius, dixit: Sanctitatem atque peritiam tuam latere non credo, id imperiali præceptione fuisse constitutum, vt ea pars, quæ trini edicti conuentione adesse noluisset, sententiam contumacis incurreret. Perpenſa enim clementissimus imperator moderatione constituit, vt si longinquitate itineris quarto mense partes ad constitutum locum venire minime potuissent, duum mensium induciæ præstarentur. Quam quidem rem, ne alicuius partis querela videretur existere, videor custodisse: Vnde de tempore, quoniam magis forensis est quam episcopalis obiectio, quæ quidem nec in publico iudicio secundum formam imperialis præcepti præualere potuisset, cum partes vtrasque obseruasse

fat clareat, sicut superius interfatus sum, vtrum electi sint qui peragere possent ex omnium voluntate negotium, intimare dignamini.

## XXXI.

Emeritus episcopus dixit: Causa praescriptio est iudicis sermo, seruari forensium usum, consuetudinemque iurgandi inter episcopos, non oportere nutare illam veritatem legum, iurisque controuersiam, ubi de fidei statu, & de totius sanctitatis disceptatione tractatur. quod quidem castis & bene credulis auribus accipimus, vir spectabilis. sed ne forte in perniciem nostram ista replentur, iusque transeat ad aduersarios iterum configendi, asseraturque nobis hoc iuris praescripto seruato: in hanc formam legis consentire debes, hoc ipsum iudicialia auctoritate desige, episcopalis nos moris regula sanctitati adesse debere, ut non praestigii iuris, neque ligaminibus cuiusque facundia, sed testamento nouo ac veteri, quod instituit Deus, quod sacrauit Dominus Christus, causa possit audiri. & alia manu: Emeritus episcopus recognoui.

## XXXII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Ne quid inordinate fieri videatur, quoniam hoc & ipsum veritatis regula continetur, & legum dicat auctoritas, prius est, ut personarum numerus designetur: tunc demum ea quae partibus competunt, per eos qui firmati fuerint, rectius peragentur: ne haec inter incertas personas videantur infirma.

## XXXIII.

Emeritus episcopus dixit: Cum omnes qui mandaturi sunt, ad stare videantur, magisque persona praesentium quam sermo teneatur absentium, quid est quod potest mouere iudicia cum statutis omnibus, quae primo ex lege descendunt, quaeque initium causae facere consueuerunt, tunc demum ad delectionem defensorum secundum edictum sublimitatis tuae arbitrium veniamus? & alia manu: Emeritus episcopus recognoui.

## XXXIV.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Nunquam habere potuit certam multitudinem personam, cum  
hoc

hoc etiam in publicis actionibus atque corporibus soleat custodiri, vt per ordinatas atque firmatas omnia peragantur.

XXXV.

Emeritus episcopus dixit: Teneo fidem tuam, vir sublimis, nihil mihi de iuris lege præscribi, vbi agitur de fide. & alia manu: Emeritus episcopus recognoui.

XXXVI.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Interlocutione mea non ius cessare debere, sed forensẽ contentionem, apertissime definiui. Neque enim possunt aliqua quæ competunt partibus denegari: sed si hoc vtrarumque partium consensus habet, vt nihil de iure publico, sed omnia ecclesiasticis regulis, id est, noui & veteris testamenti testimoniis peragantur, pars vtraque designet.

XXXVII.

Petilianus episcopus dixit: Optimus moderator. & alia manu: Petilianus recognoui.

XXXVIII.

Aurelius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Quoniam secundum nobilitatis tuæ edictum non omnes nostri collegæ adfunt, illi obtemperantes edicto, & voluntas cunctorum mandato continetur, iube hoc idem mandatum ab officio suscipi & recitari. & alia manu: Recognoui.

XXXIX.

Emeritus episcopus dixit: Si iubes, competit causã, per integritatem tuã. & alia manu: Emeritus episcopus recognoui.

XL.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Aliud constat esse quæ sit voluntas venerabilitatis tuæ, vtrum a iure publico recedi velitis, & totum diuinis legibus agitari, vestris professionibus demonstratis.

XLI.

Aurelius episcopus ecclesiæ catholicæ Carthaginensis dixit: Inueniet hoc ipsum sublimitas tua, cum hoc mandatum fuerit recitatum. & alia manu: Recognoui.

XLII.

Marcellinus vir clarissimus tribunus & notarius dixit:  
Concil. Tom. 4. X

Et hoc mandato euentiffime continetur, vt omiffa iuris publici controuerfia, omnia diuinis legibus peragantur.

## XLIII.

Aurelius epifcopus ecclefie catholice Carthaginenfis dixit: Recitatio mandati fenus tuos poterit informare. & alia manu: Recognoui.

## XLIV.

Petilianus epifcopus dixit: Legem Dei repudiat, qui dubitauit quod debeat profiteri. & alia manu: Petilianus epifcopus recognoui.

## XLV.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Ego hæc partium volui refponfione firmari: ceterum certum eft me, quoniam imperiali præcepto omnia nunc aguntur, per quod iura conftituta funt omnino non poffe.

## XLVI.

Aurelius epifcopus ecclefie catholice Carthaginenfis dixit: Legem Dei non repudiamus, cum hoc mandatum ingerimus legendum, in quo potest omnis nofta assertio perdoceri. Nec enim egredi poffumus limitem iftius mandati, quod nobis patres vel fratres noftri vniuerfalis Concilii ecclefie catholice, hic apud Carthaginem conftituti mandarunt. & alia manu: Recognoui.

## XLVII.

Emeritus epifcopus dixit: Fidei caufa eft, qua & fine mandato ipfo iure agi potest. Neque enim alibi oculos habet Deus, aut deferuit cælum, ne intendat caufam fuam: quid eft quod de mandato, vel de obligatione mandati, de fubfcriptione, de nodo, de formulis, quaeritur? quid eft quod in hac caufa quafti aut refragantis, aut non mandati iudicialis fponfio arbitrium flagitat: cum finguli quique propriam caufam, & falutis fuæ negotium gerant, fuperfluumque fit ceterorum mandatum, cum in vno conftet ecclefie tota perfona? aduertat, vir nobilis, integritas tua, quam in ifta fede iam quodam lumine corufcare cognofcimus, veritatem ita præfidere debere, vt fi forenfis altercatio, iurisque conflictus in medio mittitur, proponatur: fin autem fimplex illa veritas qua

ANNO  
CHRISTI  
411.

ANNO  
CHRISTI  
411

datur vita, qua renascitur sæculum, qua liberatus est mundus, in hoc iudicio spiritali altercatione conquiritur, quæso, vir sublimis, vtrumque proponant, & de vtroque vnum eligant. Aut enim merita iuris omittere non possunt, percriptionemque causarum; aut si de illis sacratissimis legibus, quibus communis reuerentia est adhibenda, patientia ipsas magis amplectar & teneam, & quasi cælestis aræ pontificatum adorem semper ac venerer, vt & tibi integro cognitori secundum institutum mentis tuæ morisque ordinem, certa sit causa iudicandi, nec fluctuet iudicium tuum, de quo est Deus & populus iudicaturus. & alia manu: Emeritus episcopus recognoui.

XLVIII.

Fortunatianus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Catholica ecclesia quæ toto sicut terrarum orbe promissa est, diffunditur, cum aduersæ parti semper de fide obtulisset, & de actione quam nobis criminose obiiciunt, collationem, & scriptis publicis, & testimoniis multorum, & conuentione magistratuum facilius edocebitur. Sed vt omni ex parte tuta sit ipsius collationis causa, confusa non facit multitudo. Deligant igitur præsentis fratres nostri, qui volunt ex aduerso sistentes aliquos sui ordinis primarios viros, quibus totam actionis summam committant, atque adstipulationem faciant præsentium gestorum; vt si forte in assertionem eiusdem causæ defecerint, in eorum persona qui huiusmodi negotium susceperint, absque cunctatione victos eos esse & recitatio demonstret actorum. Et ideo quia non opus est multifaria dilatione causam peragere, deligant personas secundum propositi edicti tenorem, quæ collationis causam suscipiant, vt omnibus semper probata veritas luce clarius demonstretur. Nam mandatum nihil iuris & cauillationis forensis habere, eius lectione, si pars aduersa patiatur, facilius edocebitur. & alia manu: Recognoui.

XLIX.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Prosecutionem tuam cum imperiali certum est concordare præcepto, quo constitutum est, vt certus a singulis partibus numerus deligatur. Nam siue iuris, siue fidei causa

Concil. Tom. 4.

X ij



tractatur, certæ debent adstare personæ, vt quidquid actum fuerit, integrum robur obtineat.

ANNO  
CHRISTI  
411.

## L.

Fortunatianus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Dignetur igitur spectabilitas tua mandatum susceptum officio tradere & recitari, vt ex eo tenore pars aduersa, quia dignatur ab hoc, instructa valeat obiectis omnibus respondere, vnde possit etiam clarescere, nihil nos iure publico velle tergiuersari. & alia manu: Recognoui.

## L I.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Professionem quam expectabat sanctitas vestra euidenter accepit. Patiatur ergo nunc recitari mandatum, saluo eo, vt vtraque pars me agnoscat imperialis præcepti formam custodire debere.

Fortunatianus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Si iubet spectabilitas tua recitabo.

## L II.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Vniuersa quæ a partibus offeruntur, vt omnis amputetur ambago, ab officio recitentur.

## L III.

Petilianus episcopus dixit: Sine præiudicio nostro legat, saluo eo, quia hæc causatio forensis est, non legalis. Nam vt i mandato, his formulis præsumere, non est ecclesiasticæ consuetudinis, sed forensis ludi atque certaminis, & illius exercitii, quod magis argumentis quam fide aliqua sæpe subsistit. Proinde nobilitatis tuæ spectabilitatisque censura, etiam atque etiam in hoc loco morari dignentur, vt edicant vtrum lege diuina causam agi velint, & ipsam disceptationem inter partes ventilari, an omnino legibus publicis vti velint: quoniam in vtroque mihi plurima competunt. Vt si a lege discesserit, episcopum se non esse demonstrat; si vero legem tenuerit, tunc ei, vt illi qui Christianus esse desiderat, debeam respondere. & alia manu: Petilianus episcopus recognoui.

## L IV.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Si nullo potestatis sæcularis iudice residente inter episcopos tan-

tum hæc contentio tractaretur, tunc demum eorum erat arbitrii, & forsitan iusti, vt nihil publico velint iure tractari: me autem, cum legumlatore ii sint qui me iudicem delegerunt, a legibus certum est deuiare non posse: quamuis professionem partis e diuerso venientis apertissime suscepit sanctitas vestra, in qua id expressissime cognoscitur, quod vestra prosecutio postulauit. Vnde mandatum per officium recitetur.

Petilianus episcopus dixit: legat. & alia manu: Petilianus episcopus recognoui.

Romulus exceptor recitauit: Post consulatum Varanis v. c. 3. Kalendarum Iuniarum. Mandatum factum in ecclesia. & cum recitaret, Adeodatus episcopus dixit: Sine præiudicio nostro recitet.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Sæpius interfatus sum, omnia integris responsionibus recitari.

L V.

Romulus exceptor recitauit: Mandatum factum in ecclesia Carthagenensi ab vniuerso Concilio episcoporum catholicorum, præsidente Aurelio episcopo ecclesiæ Carthagenensis & Siluano primate Numidiæ. Quamuis causa ecclesiæ catholicæ aduersus omnes falsas criminationes, quibus eam vsquequaque diffusam schismatici & hæretici per suas quasque regiones vel prouincias diuisi atque separati, vaniloquis & sacrilegis infectantur erroribus, satis superque diuinis testimoniis defendatur; in Africa vero aduersus Donatistas etiam ecclesiastico atque imperiali iudicio, sicut oportebat, vel necesse fuerat, terminata sit: tamen quia id ipsum hominibus, qui ista nesciunt, quo eos ad æternam salutem Christianæ caritatis acquiramus, instantius manifestandum atque declarandum est; placuit nobis ex Dei Domini voluntate in hanc Carthagenensis ciuitatis conuenire ecclesiam, & eligere idoneos fratres collegasque nostros ad asserendam huius causæ defensionem, qui crimina falsissima ecclesiæ catholicæ, quæ toto, sicut de illa diuina testantur eloquia, terrarum orbe diffunditur, parte Donati obiecta redarguant: ecclesia quippe Christi, sanctis patribus nostris Abrahamæ, Isaac & Iacob, & populis omnibus per imitationem fidei posteris & filiis eorum, ita diuina & veridica

voce promissa est, vt nulla humana & maledica possit voce conuinci. Ad Abraham namque ita locutus est Deus:

*Gen. 22.* *Per me iuravi, dicit Dominus, propter quod fecisti verbum hoc, & non pepercisti filio tuo amantiſſimo propter me: niſi benedicens benedicam te, & implendo implebo ſemen tuum, tamquam ſtellas cæli, & tamquam arenam quæ ſecus oram maris eſt: & hereditatem poſſidebit ſemen tuum, ciuitates aduerſariorum, & benedicentur in ſemine tuo omnes gentes terræ, quia obaudiſti vocem meam.* Ad Isaac quoque iſta de hac re verba ſunt Domini:

*Genſ. 26.* *Statuam iuſurandum meum, quod iuravi Abraham patri tuo, & ampliabo ſemen tuum tamquam ſtellas cæli, & dabo tibi & ſemini tuo omnem terram hanc, & benedicentur in nomine tuo omnes gentes terræ, pro his quæ obaudiuit Abraham pater tuus meam vocem, & ſeruauit præcepta mea, & iuſtitias meas, & legitima mea.* Ad Iacob etiam loquens, hoc idem atteſtatione præclariffima pollicetur: *Et erit ſemen tuum ſicut arena terræ, & multiplicabitur ſupra mare, & in Africum, & in Aquilonem, & ad orientem, & benedicentur in te omnes tribus terræ & in ſemine tuo.* Vnde propheta Iſaias his vocibus conſonans, iſtam eccleſiam in Spiritu ſancto futuram præuidens, ſic loquitur: *Lætare ſterilis quæ non paris, incipe & exclama quæ non parturis: quoniã multi filii deſertæ, magis quam eius quæ habet virum. dixit enim Dominus: Dilata locum tabernaculi tui, & aularum tuarum fige palos; noli parcere, longos fac funiculos tuos, & palos tuos confirma: adhuc in dexteram & ſiniſtram extenderis, & ſemen tuum gentes poſſidebit, & ciuitates deſertas inhabitabis: ne timeas, quoniam præualebis: neque verearis quod deteſtabilis fueris; conſuſionem enim in æternum obliuiſceris, ignominia viduitatis tuæ non eris memor, quoniam ego Dominus qui facio te, Dominus nomen illi, & qui liberauit te Deus Iſrael, vniuerſæ terræ vocabitur.* Item alio loco: *Et patefaciet Dominus brachium ſuum ſanctum in conſpectu vniuerſarum gentium, & videbunt omnes gentes uſque ad intima terræ ſalutem quæ a Deo eſt.* Item dicit: *Poſui te in teſtamentum generis, in lucem gentibus, vt ſit ſalus uſque in fines terræ.* Malachias etiam propheta præuidens ſacrificium primi populi ceſſaturum, & toto orbe terrarum, id eſt, a ſolis ortu uſque ad occaſum æternum ſacrificium glorificato in gentibus nomine Domini celebrandum, ita loquitur ad Iudæos: *Non eſt mihi voluntas in vobis, dicit*

ANNO  
 CHRISTI  
 411.

Dominus omnipotens ; & sacrificium non accipiam de manibus vestris : quoniam ab ortu solis usque ad occasum clarificatum est nomen meum in gentibus , & in omni loco incensum offertur nomini meo , & sacrificium mundum : quoniam magnum est nomen meum in gentibus , dicit Dominus omnipotens. Ieremias quoque gentes ab extremo terræ venturas ad Dominum , damnatis simulacrorum superstitionibus , sic prædicit : Domine virtus mea , & adiutorium meum , & refugium meum , in die malorum . Ad te gentes venient ab extremo terræ , & dicent : Quam falsa possederunt patres nostri idola , & non est in eis utilitas ! Quia vero non in vnum aliquem terræ locum ex aliis locis ad Deum gentes venturas esse prædictum est , sed in locis suis eum adoraturas , in quem damnatis simulacris fuerant credituræ ; sic Sophonias propheta testatur : Præualebit Dominus aduersus eos , & disperdet omnes deos gentium terræ , & adorabunt eum unusquisque de loco suo omnes insulæ gentium . His atque aliis multo pluribus testimoniis legis & prophetarum asserentibus ecclesiam toto terrarum orbe diffundi , psalmi etiam diuini ita concinunt : Dominus dixit ad me : Filius meus es tu , ego hodie genui te . Postula a me , & dabo tibi gentes hereditatem tuam , & possessionem tuam terminos terræ . Item in alio psalmo de Domino Christo in figura Salomonis : Dominabitur a mari usque ad mare , & a flumine usque ad terminos finis terræ . Coram illo decident Aethiopes , & inimici eius terram lingent . Reges Tharsis & insulæ munera offerent , reges Arabum & Saba dona adducent : & adorabunt eum omnes reges terræ , omnes gentes seruient illi . Item in alio psalmo : Deus deorum Dominus locutus est , & vocauit terram a solis ortu usque ad occasum : ex Sion species decoris eius . Propterea ipse quoque Dominus Iesus , qui locutus fuerat ante per ora prophetarum , posteaquam resurrexit a mortuis , iam per os proprium sic promissit ecclesiam . Oportebat , inquit , impleri omnia quæ scripta sunt in lege & prophetis , & psalmis de me . Tunc aperuit illis sensum , ut intelligerent scripturas , & dixit eis : Quia sic scriptum est , & sic oportebat Christum pati , & resurgere a mortuis tertia die , & prædicari in nomine eius penitentiam & remissionem peccatorum per omnes gentes , incipientibus ab

Ierem. 16.

Sophon. 2.

Psal. 2.

Psal. 71.

Psal. 49.

Luc. 24.

*Ierusalem*; tamquam illud testimonium psalmi, quod recentissimum posuimus, verbis aliis exponeret. Nam quod ibi positum est: *Vocavit terram a solis ortu usque ad occasum*, hoc Dominus ait, *Per omnes gentes*: & quod ibi positum est: *Ex Sion species decoris eius*, hoc Dominus ait, *Incipientibus ab Ierusalem*. Quis enim nesciat Sion & Ierusalem vnam esse ciuitatem, vnde cœpit passio & resurrectio Domini Iesu Christi per orbem terrarum populis mundandis atque saluandis illustrissimo præconio prædicari? Proinde & ascensurus in cælum, præuidens vnde fuissent carnales homines pro suis diuisionibus & separationibus litigaturi, cum quæfissent ab eo discipuli audire aliquid de fine sæculi: *Non est*, inquit, *vestrum scire tempora, quæ Pater posuit in sua potestate; sed accipietis virtutem Spiritus sancti, & eritis mihi testes in Ierusalem, & in totam Iudæam & Samariam, & usque in totam terram*. Hanc auctoritatem magisterii cælestis secuti apostoli, ecclesiam commendant in toto mundo fructificantem atque crescentem, & ne se in partes membra Christi per hominum nomina diuidant, ita carnales, qui iam hoc facere cœperant, Apostolus alloquitur: *Obsecro vos, fratres, per nomen Domini nostri Iesu Christi, ut idipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata: sitis autem perfecti in eodem sensu, & in eadem sententia. Nuntiatum enim est mihi, fratres mei, ab his qui sunt Chloes, quia contentiones sunt in vobis, & unusquisque vestrum dicit, ego quidem sum Pauli, ego autem Apollo, ego vero Cephæ, ego autem Christi. Diuisus est Christus? Numquid Paulus pro vobis crucifixus est, aut in nomine Pauli estis baptizati?* Vnde & istos, quorum contra errorem, & pro quorum salute, nomine Christi elegimus, qui eorum criminationibus falsis vanisque respondeant, in sacramentis Christi fratres nostros agnoscimus, nec eorum detestamur peruersitatem, sed ipsa Christi sacramenta, in eis probamus, & rescindere non audemus. Meminimus enim per Prophetam esse præceptum: *Audite qui pauetis verbum Domini: dicite, Fratres nostri estis, his qui vos oderunt, & qui vos detestantur, ut nomen Domini honorificetur & appareat illis in incunditate*. Iam quod sequitur, ipsi sibi salubriter dicant,

Añ. 1.

1. Corinth. 1.

Isa. 66.

dicant, vel a propheta potius quam a nobis hoc audiant; nos leniora dicimus, vt pacem potius cum correctis, quam litem cum peruersis habeamus, fratres nostros esse dicimus, vt nomen Domini honorificetur; quia ideo nos oderunt & detestantur, esse fratres nostros negant; quia nomen hominum ab eis magis quam Domini honorificatur. Ac per hoc fratres & coepiscopi nostri, quos ad eorum criminationes redarguendas elegimus, in hac collatione quæ cum eis habenda est, ecclesiam sanctam aduersus eorum obiecta defendant. Dicunt enim quod hæc ecclesia, quam in lege & prophetis, & psalmis accepimus prænuntiatam, opera saluatoris expressam, & sanguine redemptam, apostolorum laboribus disseminatam atque plantatam, incipientibus ab Ierusalem; vbi in centum viginti animas simul congregatas sanctus Spiritus venit, eosque in quos venit, linguis omnibus gentium loqui faciens, euidentissimo signo docuit ecclesiam per omnes gentes futuram, & linguis omnium gentium locuturam. Hanc ergo ecclesiam, quæ isto modo, vt prædictum & impletum est, ab Ierusalem sumpsit exordium, atque inde se in Iudæam & Samariam, aliasque orbis terræ partes apostolorum prædicatione diffudit; in quorum literis atque actibus ciuitates & prouincias inuenimus longe lateque distentas, in quas eam suis speciosis pedibus inuerunt, vnde & in Africam cresceret: hanc vt diximus ecclesiam dicunt isti, contra quorum errorem collegis nostris collationem defensionemque mandamus, Cæcilianus episcopi quondam Carthaginensis ecclesiæ & sociorum eius, nescio quibus peccatis periisse pollutam, atque in parte Donati eius reliquias remansisse. Hanc vanam & sacrilegam criminationem hi quibus mandamus, ita redarguant & refellant, vt primitus ecclesiæ causam a causa quorundam hominum distinguant atque discernant: quoniam ecclesia permixtos malos habitura prædicta est, quousque messis tempore a tritico zizania segregentur, vel a frumentis palea ventilata discedat, vel oues ad dexteram, hædi ad sinistram, qui nunc eisdem pascuis permixti sunt, segregentur: vel mali pisces a bonis, qui nunc intra eadem retia simul trahuntur ad litus,

*Concil. Tom. 4.*

Y

in eodem litore, hoc est, in fine sæculi, dirimantur. Homines autem quilibet in ecclesia, si boni sunt, triticum vel frumenta eius sunt, oues eius sunt, pisces boni eius sunt: si autem mali sunt, zizania, palea, hœdi, pisces mali eius sunt. Non ergo propter eos tota messis, tota area, grex totus, piscatio tota damnata est, ne, cum ante tempus audemus quasi de malis temere iudicare, & aliis aliorum obiectare peccata, bonos propter malos sacrilega separatione deseramus: cum potius malos propter bonos pia vnitate tolerare debeamus. Vrgendi ergo sunt ii harum euangelicarum similitudinum, & tam perspicuæ veritatis inimici, vt doceant quod intendunt, ac prius ostendant, si valuerint, quomodo ecclesia, quam incipientem ab Ierusalem in scripturis sanctis per propinqua & longinqua fructificantem atque crescentem accepimus & tenemus, quorumlibet, quos accusant, contagione perierit, & in Donati parte remanserit. Si enim hoc fieri potuisse monstrauerint, tunc vtique ad causam ecclesiæ pertinebit, aliam fortasse suscipere atque discutere quæstionem, vtrum Cæcilianus eiusque collegæ vel tales fuerint, quales ab istis fuisse dicuntur, sic innotescere potuerint Christianæ, quæ iam tunc erat, vnitati vsquequaque diffusæ, vt eam vsque ad vltimas terras ipsius notionis contagione macularent & perderent. Fatentur quippe etiam ipsi neminem peccatis alienis maculari posse quæ ignorat. Vnde si demonstrare potuerint tam latam per tantas terras communionem gentiû Christianarum peccatis Cæciliani & sociorum eius contaminari ac perire potuisse, non sufficit vt ostendant tales eos fuisse quales accusando criminantur, nisi etiam ostendant vera crimina eorum omnibus innotuisse, quos ipsa contagione periisse contendunt. Si autem non potuerint demonstrare catholicam ecclesiam per omnes gentes, in quibus eam diuina commendant eloquia vllis alienis peccatis destrui potuisse, sequestrata paululum causâ Cæciliani & eorum quos cum illo accusandos esse putauerunt, quæ ad ecclesiæ causam omnino non pertinet, quoniam & si mala fuisset, eam contaminari non posse, nos quod dicimus ad earum crimina repellenda, ab eis quibus officium defensionis huius imponimus, euentissimi-

me & exemplis cumulatiuſ ostendatur, id eſt, eccleſiam  
 Chriſti nullorum malorũ uſque in finem ſibimet permix-  
 torum, non ſolum ignotorum, uerum etiam cognitorum,  
 quaſi corruptione peſtifera poſſe inquinari atque deleri,  
 primum exemplis propheticis, qui populum peccatorem,  
 & Deum multis execrabilibus abominationibus offen-  
 dentem tam ſeueris uocibus arguebant, & flagellis cor-  
 reptionis duros atque indomitos animos uſque ad inimi-  
 citias aduerſum ſe horribiles excitabant; nec tamen ſe ab  
 eo populo, in quo utique etiam boni inter malos erant,  
 corporali discrimine diuidebant, melius iudicantes per  
 patientiam ferre malos, quam per calumniam relinquere  
 bonos. Ipſe Dominus Ieſus Chriſtus exemplum ſingulare  
 patientiæ, traditorem ſuum utique peſſimum, non ſolum  
 cognitum in diſcipulorũ numero pertulit, uerum etiam  
 præcognitum in diſcipulorum numerum aſſumpſit: dixit  
 etiam diſcipulis ſuis: *Et uos mundi eſtis, ſed non omnes*, ut eo Ioan. 13.  
 modo ſcirent munditiam ſuam aliena immunditia non  
 poſſe ſordeſcere. Apoſtolorum temporibus, teſtis eſt apo-  
 ſtolus Paulus, inter falſos fratres gemens, & quorſdam  
 per inuidiam, quod utique diabolicum uitium eſt, Chri-  
 ſtum annuntiantes in epiſtola ſua notans, quemadmo-  
 dum boni malos, propter unitatem Chriſti pietate ſoli-  
 cita conſeruandam, ſine vlla ſua perditione in ſacramen-  
 torum communionem tolerabant, a quorum malitia lon-  
 ge abhorrebant. Poſt apoſtolos etiam epiſcopi boni,  
 quemadmodum propter unitatem Chriſti, non ſolum  
 quolibet laicos, uerum etiam coeſcopolos tolerauerunt  
 malos: teſtes ſunt literæ martyris Cypriani, ubi gemit a-  
 uaritiã quorundam collegarum uſque ad crudelita-  
 tem ſenoris, rapinaſque fundorum; nec tamen malorum  
 contagione factus eſt talis, ſed bonorum dilectione per-  
 tulit tales, non tantum id exemplo admonens, uerum et-  
 iam præcepto inſtruens. Nam in quadam epiſtola ſua di-  
 cit: *Etiſi uidentur in eccleſia eſſe zizania, non tamen im-  
 pediri debet aut fides, aut caritas noſtra, ut quoniam eſſe  
 zizania in eccleſia cernimus, ipſi de eccleſia recedamus.*  
 Ipſorum etiam qui huic ueritati aduerſantur, iudicio  
 probandum eſt quam ſit hoc uerum, qui cum Maxi-  
 mianum damnaffent merito ſacrilegi ſchiſmatis, ſociiſ



eius qui cum illo ab istis foras exierant, seque ab eorum  
 communione separauerant, dilationem ad redeundum  
 dederunt, dicentes eos illius sacrilegi furculi plantariis  
 non esse pollutos. Quod quidem cum omnes vnus schi-  
 smatis societas connexos teneret, quemadmodum recte di-  
 ci potuerit, non inuenimus; sed tamen vel sero hinc intel-  
 ligere cogantur, multo potius in vnitatem catholicam malos  
 bonis tamquam paleam frumentis obesse non posse, si in  
 concisione schismatica, vbi palea sola est, putatus est Ma-  
 ximianus eiusdem concisionis suae socios, tantum, quia or-  
 dinationi eius praesentes non fuerunt, non potuisse macu-  
 lare: & videant quam inconsiderate dicant, Caecilianum,  
 qualiscumque ille fuerit, & eius quoscumque collegas,  
 in tot longinquis gentibus vnitatem Christianam perde-  
 re potuisse, cum Maximianum arbitrentur nec Afros par-  
 ticipes sui schismatis perdidisse. Sic apparebit, ad ecclesiae  
 causam, cuius iniungimus defensionem, non pertinere  
 Caeciliani causam, qualemlibet habeat quaestionem. Quod  
 autem accusant baptismum nostrum, vel potius bap-  
 tismum Christi quem habemus & ministramus, eumque in  
 eis quos deceperint ingemiscendo errore rescindunt, sic  
 ferendum est, quemadmodum ipsa ecclesia, cuius donum  
 est. Non enim audebunt amplius baptismum accusare  
 quem damus, si ab eorum criminibus ecclesia purgabitur  
 quam tenemus. Sed si illud, vt assolent, obiciendum pu-  
 tauerint, quod baptismum Christi etiam foris a nostra  
 communione traditum agnoscimus potius quam impro-  
 bamus, nec rescindere audemus; respondeatur eis,  
 quantiscumque rationibus & testimoniis responderi po-  
 tuerit, diuina ecclesiae dona & apud fures vel vsurpato-  
 res, vel etiam raptos inuenta, agnoscenda esse potius  
 quam neganda. Nam, sicut Apostolus de quibusdam di-  
 cit; *quia veritatem in iniquitate detinent*: ita omnes qui ex-  
 tra ecclesiam Christi habent vel ministrant baptismum  
 Christi, veritatem sacramenti diuini in iniquitate deti-  
 nent erroris humani. Vnde humana iniquitate correctam,  
 non est veritas diuina violanda. Qui autem putant negan-  
 dum esse baptismum Christi, quia eum & haeretici tra-  
 dunt, possunt putare negandum esse etiam ipsum Chri-  
 stum, quia eum & daemones confitentur. Et ideo ad ec-

Rom. 1.

ANNO  
CHRISTI  
411.

clesiam venire debent, qui extra eius communionem baptismum eius habent, non vt quod deerat, adfit, sed vt quod inerat, profit. Neque putandum est illos hinc clam diuturnum habituros esse conflictum, quandoquidem etiam de hac re suo iudicio & exemplo poterunt admone-  
 ri: baptismum quippe Christi extra suam communionem in Maximiani schismate datum, in eis quos inde cum illis, quos damnauerant susceperunt, agnoscere quam rescindere maluerunt. Proinde & illud quod non recte intelligentes solent dicere: *Ne communices peccatis alienis*; neque enim hoc corporum segregatione, sed morum dissimilitudine faciendum est: in eis coguntur attendere, quemadmodum intelligendum sit, quos cum Maximiano damnato sacramenta communicantes impollutos fuisse dixerunt, & quod de baptismo solent accipere quod dictum est: *Qui baptizatur a mortuo*, & cetera huiusmodi, in eis ipsis nosse coguntur quomodo accipienda sint, quando ab illis quos cum damnarent, mortuos esse dixerunt, baptismum in schismate datum improbare, atque iterare non ausi sunt. Et quod nobis obiicere consueuerunt, quod ad eos corrigendos pro vnitatem Christi apud terrenas potestates aliquid agere cogimur, in ipsis identidem Maximianistis compellendi sunt approbare, quos cum apud iudices terrenos tamquam schismaticos suos vel hæreticos accusarent, vt de basilicis pellerent, etiam Bagaiense Concilium quo eos damnauerunt, aliquoties allegauerunt. Quæ omnia ideo dicenda sunt, vt & suo iudicio commoneantur dissensionem tandem deponere, & consumpta vel abiecta falsarum & vanarum animositate criminationum, diligere catholicam pacem, amplecti indiuiduam caritatem, sine qua nullus hominum bonus esse poterit, quidquid boni aliud habere potuerit. Quibus peractis nec ipsam Cæciliani causam volumus deserant, sed eam non tamquam ecclesiæ matris, sed tamquam episcopi fratris suscipiant: ne sicut iterum discutiatur finienda, sed vt demonstretur iam olim esse finita ecclesiasticis & publicis documentis, quorum nonnulla sufficient, si eis, cum a nobis proferuntur, fidem habere voluerint: & si noluerint, poterunt archiuis etiam contestantibus declarari: quibus appareat, & causam Cæciliani eos per Ano-

Eph. 5.

Ecd. 34.

linum proconsulem ad imperatorem Constantinum accusando misisse, & eundem imperatorem post ecclesiastica iudicia, quibus Cæcilianus fuerat absolutus, causam totam partibus præsentibus cognouisse, atque innocentem Cæcilianum, illos autem calumniosissimos iudicasse. Felicis quoque Aptungensis ordinatoris Cæciliani innocentiam, Aliano proconsuli ex præcepto eiusdem imperatoris cognoscente claruisse, quem malorum fontem in Concilio suo ipsi dixerunt. Quæcumque autem crimina quibuslibet collegis nostris, non iam more conferentium vel disputantium, sed maledicentium & litigantium obiicienda putauerint, respondendum est eis, nec eorum causas ad ecclesiæ causam, quam nunc defendendam iniungimus, pertinere; nec ipsas tamen ei discutendas auferri, sed pro temporis, quod nunc instat, necessitate differri: vt cum ecclesiæ causam, quam nunc clementissimus imperator cognoscendam & demonstrandam recenti præceptione curauit, fuerit terminata, quæcumque quibuscumque nostris obiicienda arbitrantur, apud quos voluerint iudices & nostros & suos, cum iam catholicæ vnitati fuerint sociati, vel purgata monstrantur, vel conuicta puniantur. Hæc eo modo quo conscripta sunt, & si quid vberius vel firmiter eis Dominus dederit, exequenda mandamus fratribus & coepiscopis nostris Aurelio, Alypio, Augustino, Vincentio, Fortunato, Fortunatiano, & Possidio. Quod mandatum se suscepisse testantur subscriptionibus, sicut nos mandasse testamur subscriptionibus nostris, ratum habituri quidquid, adiuuante Domino, in hac defensione peregerint. His autem adiungimus, cum quibus vbi opus fuerit consilium habeant, Nouatum, Florentium, Maurentium, Priscum, Serenianum, Bonifacium, & Scillatium; ad custodiendam vero conscriptionem gestorum, Deuterium, Leonem, Asterium, & Restitutum. Quo recitato,

## LVI.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Quoniam ex recitatione mandati, quod gestis præsentibus adhaerebit, claruit diuina magis testimonia, quam forensia vincula esse prolata, & edicti pariter mei tenorem fuisse seruatum, in numero scilicet deligendo, & imperialis

constitutionis formam nihilominus custoditam. Ideoque, quoniam iustitiæ ordo hoc postulat, etiam subscriptiones omnium recitentur.

L VII.

Romulus exceptor recitavit: Aurelius episcopus ecclesiæ catholicæ Carthagini constitutus, præsentem viro clarissimo tribuno & notario Marcellino hoc mandatum suscepi & subscripsi. Item alia manu, Silvanus primæ sedis provinciæ Numidiæ, præsentem v. c. Marcellino tribuno & notario Carthagini constitutus, mandato a nobis facto consensu & subscripsi. Item alia manu: Valentius episcopus ecclesiæ Vaianensis Carthagini constitutus, præsentem v. c. Marcellino tribuno & notario mandavi & subscripsi. & reliquæ subscriptiones, quorum nomina mandato continentur.

L VIII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Has quoque subscriptiones cum mandato gesta suscipient. & adiecit: Numerus etiam subscribentium designetur.

Martialis exceptor dixit: ducenti sexaginta sex sunt.

L IX.

Petilianus episcopus dixit: Vbi sunt qui mandauerunt? & alia manu: Petilianus episcopus recognoui.

L X.

Aurelius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Opus est hoc, eligant de suis septem, & eant vbi constituti sunt in ecclesiâ, & videant illos. & alia manu: recognoui.

L XI.

Petilianus episcopus dixit: Subtilis argumenti res est, ut iudicem facerent testem. Potuerunt etenim etiam quoscunque clericos minoris loci apponere nominibus suis, & fingere illum honorem esse, quem apud se summum existimant, cum hinc potissimum dubitetur. Proinde veniant in iudicium notarii, ut a nobis singuli cognoscantur. Veremur etenim argumenta sæpe diutius requisita, quæ in perniciem simplicitatis nostræ quotidie machinantur. Hæc igitur prima res est, de qua per notoriam nostram sublimitati tuæ intimare curavimus, neque cessavimus, ut de numero primo nostro constaret, quem esse parvulum semper imperialibus auribus mentiuntur: quid-

quid enim contra nos semper elicitur, quasi contra paucissimos impetratur. & alia manu: Petilianus episcopus recognoui.

ANNO  
CHRISTI  
411.

## LXII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Falsi crimen nec obiicere condecet sacerdotem, nec committere potuisse credendum est. Illud autem est, quod per vestram venerabilitatem scire desidero, vtrum omnes episcopos, contra quos vestra pergit intentio, quorum etiam subscriptio recitata est, possitis agnoscere.

## LXIII.

Petilianus episcopus dixit: Singuli quique sedium nostrarum aduersarios facile possumus agnoscere. Sane non falsum obiecimur, sed diligentiae maximae est, quod volumus & probare. & alia manu: Petilianus episcopus recognoui.

## LXIV.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Hoc magis de vestra iudico sanctitate, diligentiae potius esse, quam vllius obiecti criminis, quod in prosecutione dicendum esse credidit sanctitas tua. Sed illud quaero, vtrum in omnibus locis & ciuitatibus vtriusque partis bini esse possint episcopi: sic enim possunt se alterutrum plene cognoscere.

## LXV.

Petilianus episcopus dixit: Sapientissime ac praecie omnia prauidisti, vir nobilis. nam in plebe mea, id est, ciuitate Constantinensi, aduersarium habeo Fortunatum. In medio autem dioecesis meae, nunc institutum habeo, imo ipsi habent, nomine Delphinum. peruidet iam hinc praestantia tua, duos in vnus plebe fuisse imaginarie constitutos, vt & numerum augeant, & tamen plebium numerus non idem sit, qui sit illarum scilicet personarum. Et hoc argumenti est maximi, vt videantur nos hoc genere superare, si duo contra vnum sint constituti vel tres. Nam etiam in plebe praesentis sanctissimi collegae ac fratris mei Adeodati, id est, in ciuitate Mileuitana, ita commissa res est, vt vnum ibidem habeat aduersarium, alterum in Tuncensi ciuitate, qui ad huius scilicet plebem antiquitus pertinet, & ante biennium esse videtur constitu-

stitutus; tertius vero sit in loco, qui dicitur Ceramussa. Ergo cum vnus sit ciuitatis Mileuitanæ episcopus a partibus nostris, tres videntur ab his constituti fuisse, vt illorum numerus augetur, aut fortassis excederet numerum veritatis. Requirendum est igitur, quando actus sit illorum numerus, quam originem habuerit, vtrum hoc nouitas fecerit, an dederit antiquitas, vtrum, vt ita dixerim, contra vetustatem canam, vitiū hoc fuerit nouitatis. & alia manu: Petilianus episcopus recognoui.

LXVI.

Fortunatianus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Multiloquio ecclesiæ causam agi non debere, perspicit mecum tuæ dignationis sensus, optime cognitorum. & cum diceret: & alia manu: Recognoui.

LXVII.

Petilianus episcopus dixit: Plus scripsisti quam dixi. & alia manu: Petilianus episcopus recognoui.

LXVIII.

Fortunatianus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Verum vir grauissimus Petilianus, cum ante paululum ecclesiæ causam diuinis scripturis firmandam esse professus fuerit, atque eam diuinis testimoniis quæri debere constituerit, nunc eum per diuersa vagari in personis ordinatorum, prosecutione eius ostenditur. Atque ideo, ne illi similes videamur, decreti tenorem accepit sublimitas tua, & quid patrum statuta voluerint, eius lectione monstratum est. Conuenit præsentis, oratoriis omnibus actionibus repulsis atque prostratis, eligere nunc ex parte sua idoneos, qui possint institutæ causæ præstare rationem; omniumque consensum his actis depromere, vt, dilucescente veritate, nulli possit esse ambiguum. Siquidem confirmatis personis nulla pars audebit dicere, sententiam non posse debere consistere, quandoquidem eorum consensus actis fuerit depromptus: & ideo aut subscriptionibus quæ gerimus, se doceant confirmare, aut consensum suum singuli patefaciant, vt actio ecclesiæ possit suo ordine inchoari. & alia manu: Recognoui.

LXIX.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: De incompetenter ordinatis, quos Petilianus vir scientissimus

comprehendit, me certum est, qui ad aliam partem principali auctoritate iudex videor constitutus, non posse cognoscere. Superest, ut si numerum episcoporum, qui ab officio intra hanc splendidam Carthaginem constitutus est verum esse credit venerabilitas tua, iam nunc intimare dignetur.

## LXX.

Petilianus episcopus dixit: Non intellexit e diverso consistens, quid fuerim profecutus. nam cum de numero mandantium nunc agatur, diligentiae meae maxime fuit requirere, ubi sunt illi qui praesentibus mandauerunt: deinde constare non ab re est, quod sum in tuo iudicio, vir nobilis, profecutus. Quoniam igitur & iacturam fecerunt earum rerum, quas forensibus cancellis ac legibus uti potuerant, & recitauerunt mandatum, quod non magis forense sit, sed legale, hinc agnosco debere me illis lege diuina competentium respondere. Sed, ut prius de mandatorum numero constet, & de patribus meis quanti mandauerint, vel quanti sint mandaturi, id primum peto de nobilitate tua, ut superfluum non sit, de numero vtriusque partis ferre debere iudicium celsitudinem tuam. & alia manu: Petilianus episcopus recognoui.

## LXXI.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Euitandae quidem multitudinis causa ad hunc locum, de quorum numero dubitatur, minime conuenisse dicuntur, praesertim cum suffecerit eos praesentibus omne delegasse negotium: sed si quid super hac parte dubitationis affertur, iudiciis intimeretur.

## LXXII.

Aurelius episcopus ecclesiae catholicae Carthaginensis dixit: Nos euitamus tumultum; idcirco non venerunt: sed mandatum firmissimum est, quod lectum est nobilitati tuae. Si de numero dubitatur, eant prouinciales ad Mauros, eant prouinciales ad Numidas, eant prouinciales ad Vizacenos, eant quoque ad Tripolitanos, eant ad prouinciae proconsulares, qui praesentes sunt ex numero ipsorum, & cognoscant nostros, qui huic mandato subscripserunt. & alia manu: Recognoui.

LXXIII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Non patiar rem superfluam longa partium obluſtatione differri. vnde, veniant vniuerſi.

LXXIV.

Aurelius episcopus ecclesie catholice dixit: Quid opus est turbis? Et nos in ciuitate diuersati sumus, & nostri collega. Ii quoque in ciuitate, vt dicunt, non hodie, sed aliquantis diebus demorati sunt. Legantur subscriptiones, & de cuius nomine dubitant, ipse veniat. & alia manu: Recognoui.

LXXV.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: In vno loco sunt omnes, aut id non potest liquido designari?

LXXVI.

Aurelius episcopus ecclesie catholice dixit: Nescimus posteaquam mandauerunt quid opus erat vt concluderentur. & alia manu: Recognoui.

Augustinus episcopus ecclesie catholice dixit: De quorum nomine dubitatur, ipsi veniant. & alia manu: Recognoui.

LXXVII.

Emeritus episcopus dixit: Impugnat se actio, & ex vna parte diuersa contentio: vnus prosequitur venire debere, alter nescire se vtrum possint adesse. Concordent inter se sententiis suis, & arbitrato proprio atque secreto quid magis eligant, dicant. Operimur enim pro meritis tuis quidquid isti dixerint, quod magis putauerint eligendum. Non enim nos falsitatis crimen obiecimus, sed hoc ipsum factum volumus iudiciis approbari. Melior est enim astipulatio, que presentibus actis inditur, & veritatis fides instrumentorum veritate firmatur. Agitur enim res, de qua quis negare poterit, Non mandauit, non interfui, nescio: non enim ex me ista preecedunt, sed ex ipsis potius qui ista confingunt: habeant inter se consilium suum, arbitrioque suo definiant vniuersa, vt si volunt in presenti mandare, sicuti nos personas mandantium actis sublimitatis tue nunc in presenti insinuamus, habeant in compendio, tulerint de medio falsitatem: donamus illis vniuersa que potuerant de prescriptione



depromi, vt sublimitatis tuæ iudicio possit ex illorum, & ex nostris partibus apparere, quod possit esse mandatum. & alia manu: Emeritus episcopus recognoui.

LXXVIII.

Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Tumultus ne fieret cauendum fuit, & hoc salubriter prouidenterque prouidisti: & quoniam metuendum est, ne, cum fuerit exorta aliqua perturbatio, nobis potius tribuatur, incertumque sit hominibus, a quorum parte potius extiterit; nihil melius & tranquillius putamus decernere nobilitatem tuam, nisi vt, recitatis omnibus nominibus, de quo dubitât, veniat. & alia manu: Recognoui.

LXXIX.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Accepistis professionem partis aduersæ; quæ cōpetunt, peragantur.

LXXX.

Emeritus episcopus dixit: Patientiam nobilitatis tuæ, intimumque secretum, quod omnibus monstrans cunctorum oculis patuit, teneo iudicii tui fidem, teneo testimonium. Pene iam peracto solis curriculo totus est transactus dies, & nullus adhuc exortus tumultus, cum tanta sacerdotū Dei multitudo consistat. Quis enim præter eos quos iudicii veritas adesse præcepit, vel mutiendo inter se, vel balbo sermone respondit? Tacito linguæ silentio expectant veridici cognitoris integram seueramque sententiam, & acclinibus, vt dixi, pene ceruicibus, in teipsum toto ore pendentes, quid de Dei causâ iudices solícite rimantur. Nullus strepitus, sermo nullus, imo ad Deum continua oratio, & ad cælum priuata vox. Vnde hic tumultus publicus de priuatis scurrilibusque sermonibus, quibus aut facile strepere, vt ex ipso vsu rixa quotidiana metus iudiciorum non timens, possit exurgere? Ad hoc Dei sacerdotes tot antistites, animæ suæ causam & fidei suæ rationem audire cupientes, tumultu superfluo & quadam rixa turbantes, ad iudicii veritatem nolentes descendere, quærunt immissam actionem turpissime perturbare. & alia manu: Emeritus episcopus recognoui.

LXXXI.

Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Ad mul-

ANNO CHRISTI 411.  
 ta fratris mei videat nobilitas tua quam pauca respondeam. Quod si nobis voluerint respondere, causa tota cito forsitan peragetur. Metuendum est, ne ideo non fiat tumultus ab hac turba quæ præsens est, quia non hic est alia multitudo, in quam possit referri causatio. & alia manu: Recognoui.

LXXXII.

Petilianus episcopus dixit: Confiteris illos cum tumultu esse venturos. Nam hic tumultus nec fuit, nec erit a partibus nostris. & alia manu: Emeritus episcopus recognoui.

LXXXIII.

Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Non confiteor cum tumultu esse venturos, sed timeo ne ideo adhuc quiescat multitudo præsens, quia non est in quem referat, si quid forte turbulenter extiterit, dum vtraque præsens fuerit multitudo. Petimus vt quod dictum est, fiat: de quocumque dubitatur, præsentetur. & alia manu: Recognoui.

LXXXIV.

Adeodatus episcopus dixit: Si in paucos tumultus fieri non potest, in plurimos fieri quemadmodum potest? & alia manu: Recognoui.

Aurelius episcopus ecclesiæ catholicæ, dixit: Iudica. & alia manu: Recognoui.

LXXXV.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Potest quidem sacerdotalis multitudo diuinam considerans vtrobique sententiam, etiam in quavis populositate præstare silentium: sed illud certum est, & ambigi nullatenus potest, paucitatem magis silentio posse præbere consensum. Vnde, ne superfluis immoremur, si de subscriptionibus aliqua est dubitatio, eos, quos nec præsentem esse, nec subscribere potuisse credit sanctitas vestra, faciam ad iudicium mox venire, vt tandem aliquando, confirmatis secundum imperiale præceptum ex vtraque parte personis, ad negotii merita veniatur.

LXXXVI.

Emeritus episcopus dixit: Ex vna parte diuersæ sententiæ concordare debent. Aut enim hic esse suos dicunt,

& adesse debent; aut si absentes esse profitentur, videat nobilitas tua quid de absentibus debeat iudicare. & alia manu: Emeritus episcopus recognoui.

LXXXVII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Quod presentibus mandauerunt, prosecutione spectabilitatis vestrae tenetur expressum, eo quod omnes qui subscripserunt, a vobis & a vestris omnibus facile possint agnosci. Vnde cum subscriptiones per ordinem fuerint recitatae, de quo dubitatur, poterit mox venire.

LXXXVIII.

Adeodatus episcopus dixit: Afferro compendium diuersae parti, ne tumultus posse fieri vtriusque partibus presentibus putent. In vno loco coepiscopi nostri consistant, ad alterum item locum suos faciant venire. Et cum recitata fuerint quaecumque loca, bini mittantur, quo possit omnis causatio, omnis tumultus amputari. & alia manu: Adeodatus episcopus recognoui.

LXXXIX.

Alypius episcopus catholicus dixit: Noua res nunc a diuersa parte flagitatur. Nam nos obediens edictalibus praecipis, tot venimus quot fuerant edicto definiti. Sed quia & hoc non est negandum sollicitudini praesentium, quamquam de numero quaerere non sit nostrae praesentis actionis, tamen qui modo praesentes fratres nostri reperiri potuerunt, iube ut ingrediantur; si qui forte absentes fuerint, craftino eorum praesentia tuis etiam obtutibus monstrabuntur, dum tamen ne vlla dilatio causae nascatur, sicut nos certi numero adsumus electi vniuersali catholico Concilio, etiam ipsi ad asserendum confirmati, iam suscipiant omnem sarcinam causae, ut nulla dilatio quaestioni possit opponi. & alia manu: Recognoui.

XC.

Adeodatus episcopus dixit: Praeceptis nobis mandatum eorumdem ostendi ubi subscripserunt, quod nunc lectum est ab officio. & alia manu: Adeodatus episcopus recognoui.

XCI.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Manda-

ANNO CHRISTI 411. tum quod nunc ab officio recitatum est, in quo omnium subscriptiones continentur, postulantibus ostendatur.

XCII.

Petilianus episcopus dixit: Magnam nobis sollicitudinem facit ista varietas, aut hodie repræsentent numerum eorum, quos sibi dicunt mandasse quod agant, aut ipsi causam in crastinum distulerunt. & alia manu: Petilianus episcopus recognoui.

XCIII.

Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Non est dilata causa; hodie agenda est. & alia manu: Recognoui.

Augustinus episcopus dixit: actis offeratur, cum quo ab officio offeratur.

XCIV.

Adeodatus episcopus dixit: Hoc expectauimus, hoc desiderauimus, ut eadem gesta quibus subscripserunt, impræsentiarum sint, donec mandatores veniant. & alia manu: Adeodatus episcopus recognoui.

XCV.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Hoc necesse est, ut fiat ita, ut si sollicitudinis aliquid geritis, a vobis obsignata feruentur.

XCVI.

Petilianus episcopus dixit: Illorum præsentia nobis necessaria est, non mandatum. & alia manu: Petilianus episcopus recognoui.

XCVII.

Fortunatianus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Iam postulauimus fratres & sacerdotes nostros intromitti debere, qui præsentem inueniri potuerunt: præcipiat nobilitas tua, superfluum nodum amputari quæstionis, ut intromissi saltem vel obtutibus eorum fidem debitam ferant. & alia manu: Recognoui.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Hi venerabiles sacerdotes, qui præsentem esse dicuntur, venire dignentur. & ingressis episcopis catholicis,

XCVIII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: In omni petitioni vestra satisfactum esse cognosco. & adiecit: præsentem sunt episcopi quos ingredi voluistis; qui secun-

dum imperialis præcepti formam, & edicti tenorem, certum numerum ad peragendam causam elegisse noscuntur. Vnde, ne qua alterius possit esse dubitatio, vel forte confusio, singulis subscriptiones propriæ seligantur, ut agnitis iisdem exire dignentur.

## XCIX.

Martialis exceptor ex mandato recitavit: Aurelius episcopus ecclesiæ catholicæ Carthagini constitutus præfente v. c. tribuno & notario Marcellino, hoc mandatum suscepi, & subscripsi. Hoc modo omnes reliqui subscripserunt. Item recitavit Siluanus episcopus Summenfis ecclesiæ catholicæ. Idem dixit: Præsto sum.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Siluanus qui non suscepit collationem exeat. Quo egresso, item recitavit. Valentinus episcopus ecclesiæ Vaienensis. Idem dixit: Præsto sum.

## C.

Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Reddiderunt nos sollicitos, diligentiam nobis primitus ipsi incusserunt: quomodo nominantur nostri, sic etiam de ipsorum numero dubitamus. & alia manu: Recognoui.

## CI.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Ita fiet; consentit tamen pars diuersa, ut simul agniti exeant.

## CII.

Aurelius episcopus ecclesiæ catholicæ Carthaginensis dixit: Sed primo mandare habent & ipsi, ut appareat quia hic sunt. & alia manu: Recognoui.

## CIII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Ergo placeat sanctitati vestræ, ut post impletum mandatum exeant, etiam partis vestræ venerabiles viri episcopi, & inter paucos causa peragatur, & ad quod quæsitum est, respondere dignemini.

## CIV.

Primianus episcopus ecclesiæ Carthaginensis dixit: Cum & nos apud acta mandauerimus præfentes, eximus, damus locum actoribus: hic tamen in proximo erimus. & alia manu: Primianus episcopus recognoui.

## CV.

CV.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Ergo vestrae quoque subscriptiones iudiciis intimentur, ut illorum quoque professiones praesentium requiruntur.

CVI.

Petilianus episcopus dixit: Apud acta volunt mandare. & alia manu: Petilianus recognoui.

CVII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Apud quae acta sanctitas vestra se asserit mandaturam?

CVIII.

Emeritus episcopus dixit: In iudicio pietatis tuae voluntas est nostra, si iubes ut gestis municipalibus hoc iudicio nobilitatis tuae finiatur. & alia manu: Emeritus episcopus recognoui.

CIX.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Illud nunc est, quod a vestra sanctitate ad amputandas omnes ambages necessario postulatur, ut apertissime designetis, vtrum vobis epistola mandati cum subscriptionibus recitata sufficiat, an etiam ipsos quaeritis apud acta mandare.

CX.

Petilianus episcopus dixit: Non ut profiteantur volumus, sed ut recognoscantur a nobis, qui mandasse dicuntur. & alia manu: ut superius.

CXI.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Ergo subscribentium nomina per ordinem recitentur.

CXII.

Honoratus exceptor recitavit: Numidius episcopus ecclesiae catholicae Maxulit. Idem dixit: Praesto sum.

Felix episcopus dixit: Agnosco illum.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Constat vtrumque esse praesentem.

CXIII.

Alypius episcopus ecclesiae catholicae dixit: Illorum etiam duorum qui iam exierunt compares prodeant.

CXIV.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Cuius civitatis est vir venerabilis episcopus? Adeodatus epi-

scopus dixit: Felix episcopus Zumen. nostræ commu-  
nionis, qui contra Siluanum aget, male habet.

ANNO  
CHRISTI  
411.

## CXV.

Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Ipsi hoc  
exegerunt. videantur ergo qui præsentés sunt, & qui ab-  
sentes. hoc volumus constet.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Probabi-  
lis excusatio est, & alius recitetur. & recitavit: Marinus  
episcopus ecclesiæ catholicæ Taboren. Idem dixit: Præsto  
sum. Victor episcopus ciuitatis SS. dixit: Agnosco illum.

## CXVI.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Vtro-  
rumque præsentiam gesta retinebunt. Item recitavit: Au-  
relius episcopus ecclesiæ catholicæ ciuitatis Magoma-  
zien. Idem dixit: Præsto sum.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Aurelius e-  
iusdem ciuitatis episcopus veniat a parte diuersa.

Salustius episcopus partis Donati ciuitatis SS. dixit:  
Agnosco illum.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Etiam  
hos constat esse præsentés. Item recitavit: Victor episco-  
pus ecclesiæ catholicæ Libertin. Idem dixit: Præsto sum.

Ianuarius episcopus loci SS. dixit: Agnosco illum;  
diœcesis meæ est.

Victor episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Neminem  
illic habet.

Ianuarius episcopus partis Donati dixit: Diœcesis  
meæ est.

Victor episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Cum nemi-  
nem illic habeat, neque ecclesiam, neque aliquem com-  
municantem, frustra mentitur, quod sit eius diœcesis.

Ianuarius episcopus dixit: Communicauerunt tibi an-  
te vim tuam.

## CXVII.

Petilianus episcopus dixit: In vna plebe Ianuarii col-  
legæ nostri præsentis, in vna diœcesi, quatuor sunt con-  
stituti contra ipsum; vt numerus scilicet augetur.

## CXVIII.

Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Queratur  
quot annorum episcopus sit.

CXIX.

Petilianus episcopus dixit: Quatuor estis contra vnum.

CXX.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Hæc ad præsentem omnino non pertinent actionem: quæ coepta sunt perlegantur. Item recitavit: Optatus episcopus plebis Vescerit. Idem dixit: Præsto sum.

Fortunatus episcopus ciuitatis SS. D. Agnosco illum. Item recitavit. Ianuarius episcopus plebis Tunudensis. Item dixit: Præsto sum.

Victorinus episcopus ciuitatis superius dixit: Agnosco illum. Item recitavit: Euangelus episcopus ecclesiæ Assuri. Idem dixit: Præsto sum.

Petilianus episcopus dixit: Noster ibi defunctus est, ipse dicat: Item recitavit: Latonius episcopus ecclesiæ plebis Tenit. Idem dixit: Præsto sum.

Securus episcopus ciuitatis SS. dixit: Agnosco illum. Item recitavit: Aptus episcopus plebis Tigienensis. Idem dixit: Præsto sum. Nec habui, nec habemus episcopum Donatistam.

Primianus episcopus Carthaginensis dixit: Non illic habemus. Item recitavit: Assellicus episcopus ecclesiæ Tufurit. Idem dixit: Præsto sum.

Aptus episcopus ciuitatis SS. dixit: Agnosco illum. Item recitavit: Innocentius episcopus ecclesiæ Germanienensis. Idem dixit: Præsto sum, sed aduersarium non habeo. Item recitavit: Honoratus episcopus Matharensis ecclesiæ. Idem dixit: Præsto sum, sed non contra me habeo episcopum. Item recitavit: Hilarus episcopus ecclesiæ Bofet. Idem dixit: Præsto sum, sed non habeo mecum episcopum.

CXXI.

Petilianus episcopus dixit: Noster fuit. Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Et hoc nos cupimus, vt illum imitemini. Item recitavit: Secundus episcopus ecclesiæ Ruspitenensis. Idem dixit: Præsto sum, sed non habeo contra me episcopum. Item recitavit: Donatus episcopus ecclesiæ Anburenensis. Idem dixit: Præsto sum. Seruatus episcopus ciuitatis SS. dixit: Agnosco illum. Item



recitavit: Cresconius episcopus ecclesie Tubiniensis. Idem dixit: Præsto sum. Protasius episcopus ciuitatis SS. dixit: Agnosco illum. Item recitavit: Restitutus episcopus plebis Nouasin. Idem dixit: Præsto sum. Felix episcopus ciuitatis SS. dixit: Agnosco illum. Item recitavit: Cresconius episcopus ecclesie Cuiculiten. Idem dixit: Præsto sum. Habui contra me episcopum; exiuit de corpore. Item recitavit: Lucianus episcopus ecclesie Guiren. Idem dixit: Præsto sum, sed alium contra me non habeo. Item recitavit: Tutus episcopus plebis Melzit. Idem dixit: Præsto sum, sed alium contra me non habeo. Item recitavit: Donatianus episcopus ecclesie Telep. Idem dixit: Præsto sum. Bellicus episcopus ciuitatis SS. dixit: Agnosco illum. Item recitavit: Potentius episcopus plebis Bladiensis. Idem dixit: Præsto sum. Adeodatus episcopus dixit: Quem ibi nos habemus, oculos dolet, venire non potest. Alypius episcopus ecclesie catholice dixit: Vtrum hic sit Carth. Item recitavit: Maximinus episcopus plebis Turenensis. Idem dixit: Præsto sum, sed non contra me habeo episcopum. Adeodatus episcopus dixit: Noster fuit. Item recitavit: Datianus episcopus plebis Legensis. Idem dixit: Præsto sum, sed alium contra me non habeo. Item recitavit: Urbicus episcopus plebis Tebestina. Idem dixit: Præsto sum. Perseuerantius episcopus dixit: Agnosco illum. Item recitavit: Aspidius episcopus plebis Tacaratensis. Idem dixit: Præsto sum. Verissimus episcopus dixit: Agnosco illum: quatuor sunt in plebe mea, Datianus, Aspidius, Fortunatus & Octavianus. Item recitavit: Terentius episcopus Seleucianensis. Idem dixit: Præsto sum. Mescianus episcopus dixit: Agnosco illum. Item recitavit: Seruus Dei episcopus plebis Tubursicen. Buræ. Idem dixit: Præsto sum. Donatus episcopus ciuitatis superius dixit: Agnosco illum. Item recitavit: Dialogus episcopus Zamenfis. Idem dixit: Præsto sum. Montanus episcopus ciuitatis superius dixit: Agnosco illum. Item recitavit: Urbicosus episcopus plebis Eguilguilitensis. Idem dixit: Præsto sum: sed catholica est omnis, ex vetustate. Item recitavit: Siluanus episcopus plebis Perdicensis. Idem dixit: Præsto sum. Rogatus episcopus ciuitatis SS. dixit: Agnosco illum. Item recitavit:

ANNO CHRISTI 411.  
 Nauigius episcopus Dydritenfis. Idem dixit: Præsto sum.  
 Honoratus episcopus ciuitatis superius dixit: Agnosco illum. Item recitauit: Romanus episcopus plebis Leptiminensis. Idem dixit: Præsto sum. Victorinus episcopus ciuitatis superius dixit: Agnosco illum. Item recitauit: Rufinus episcopus plebis Drufilianensis. Idem dixit: Præsto sum. Restitutus episcopus ciuitatis SS. dixit: Agnosco illum. Item recitauit: Donatus episcopus Tifilitensis. Idem dixit: Præsto sum; sed non habeo contra me etiam episcopum. Petilianus episcopus Donatista dixit: Exiuit de corpore. Item recitauit: Gallus episcopus Ticensis. Idem dixit: Præsto sum. Petilianus episcopus dixit: Non venit, literas misit. Item recitauit: Donatianus episcopus Montenus. Idem dixit: Præsto sum. Petilianus episcopus dixit: Ægrotat. Item recitauit: Victorianus episcopus plebis Mustitensis. Idem dixit: Præsto sum. habeo Felicianum Mustitensem, & Donatum Turensem contra me.

CXXII.

Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: De nomine Feliciani vtrum in communionem sit Primiani. & alia manu: Recognoui.

CXXIII.

Petilianus episcopus dixit: Quis tibi hoc mandauit, aut ex cuius persona hoc exigis? an vis tibi imponere personam eorum qui foris sunt? & alia manu: Petilianus episcopus recognoui.

CXXIV.

Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Dictum sit, ad postulata respondeat. & alia manu: Recognoui.

CXXV.

Petilianus episcopus dixit: Hoc iam internæ actionis est. & alia manu: Vt superius.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Nunc cœptus ordo teneatur: de his, si visum fuerit rationabile, postea requiretur. Item recitauit: Victorianus episcopus plebis pro Paschasio episcopo plebis Anguiensium. Idem Paschasius dixit: Præsto sum; vnitatem habeo. Item recitauit: Ferox episcopus plebis Macrinianensis Maius. Idem dixit: Præsto sum. vnitatem habeo. Pomponius

episcopus dixit, loci SS. Agnosco illum. Item recitavit: Sumnius episcopus Tigualensis. Idem dixit: Præsto sum: in diœcesi mea duo sunt, Gaianus & Priuatus. Gaianus episcopus loci SS. dixit: Agnosco illum. Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Animaduertit nobilitas tua etiam in nostrorum diœcesi eos ordinasse episcopos. & alia manu: Recognoui.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Talia ab vtrisque partibus constat obiecta. Si hæc vultis diligenter inquiri, ad hanc causam superfluo venisse noscemur. Item recitavit: Felix episcopus plebis Segermiten. Idem dixit: Præsto sum. Restitutus episcopus loci superioris dixit: Agnosco illum. Item recitavit: Secundus episcopus plebis Magarmeliten. Idem dixit: Præsto sum. Felix episcopus loci SS. dixit: Agnosco illum. Item recitavit: Vincentianus episcopus plebis Feraditēsis maioris. Idem dixit: Præsto sum, vnitatem habeo. Item recitavit: Placentinus episcopus plebis Madaurēsis. Idem dixit: Præsto sum. Donatus episcopus loci superioris dixit: Agnosco illum. Item recitavit: Rusticianus episcopus plebis Tabracensis, idem dixit: Præsto sum. Clarentius episcopus loci superius dixit: Agnosco illum. Item recitavit: Octavianus episcopus plebis Ressianensis. Idem dixit: Præsto sum, vnitatem habeo. Item recitavit: Benenatus episcopus plebis Simittensis. Idem dixit: Præsto sum, nec habeo alium, nec hæreticos. Petilianus episcopus dixit: Exiit de corpore. Item recitavit: Timianus episcopus plebis Vtinen. Idem dixit: Præsto sum. Petilianus episcopus dixit: Habet Felicem, sed absens est. Item recitavit: Filolocius episcopus plebis Adrumetina. Idem dixit: Præsto sum. Victorinus episcopus ciuitatis superius dixit: Agnosco illum. Item recitavit: Adeodatus episcopus plebis Belaliten. Idem dixit: Præsto sum, non habeo nec episcopum, nec hæreticos, vnitatem habeo. Item recitavit: Felix episcopus plebis Viscensis. Idem dixit: Præsto sum: episcopum contra me non habeo. Victor episcopus ciuitatis Taboren. dixit: Proxime recessit. Ego tibi interuenio. Item recitavit: Victor episcopus plebis Infitensis. Idem dixit: Præsto sum, vnitatem habemus. Item recitavit: Fuscinius episcopus plebis Eliensis. Idem

dixit: Præsto sum, non contra me habeo episcopum. Item recitavit: Honorius episcopus plebis Cellensis. Idem dixit: Præsto sum. Castus episcopus dixit: Agnosco illum. Item recitavit: Maximianus episcopus Aquen. Regionum. Idem dixit: Præsto sum, in patria mea non habeo alium episcopum. Item recitavit: Antonius episcopus plebis Carpitensis. Idem dixit: Præsto sum. Veratianus episcopus dixit: Agnosco illum. Item recitavit: Fortunatianus episcopus plebis Neapolitenfis. Idem dixit: Præsto sum. Ampelius episcopus ciuitatis superius dixit: Agnosco illum. Item recitavit: Pannonius episcopus plebis Puppitensis. Idem dixit: Præsto sum. Victorianus episcopus dictæ ciuitatis superius: Agnosco illum. Item recitavit: Ianuarianus episcopus plebis Tubulbacensis. Idem dixit: Præsto sum. vnitas est catholica, non contra me habeo episcopum in ciuitate mea. Item recitavit: Gratianus episcopus plebis Metenensis. Idem dixit: Præsto sum. Fortunatianus episcopus partis Donati ciuitatis superius dixit: Agnosco illum. Item recitavit: Victor episcopus plebis Bahannensis. Idem dixit: Præsto sum. vnitatem habeo. Item recitavit: Quotvultdeus episcopus plebis Centurien. Idem dixit: Præsto sum. Cresconius episcopus partis Donati ciuitatis superius dixit: Agnosco illum. Item recitavit: Fortunatus episcopus plebis Capfen. Idem dixit: Præsto sum. Cæser episcopus partis Donati ciuitatis superius: Agnosco illum. Item recitavit: Cresconius episcopus plebis Temonianensis. Idem dixit: Præsto sum. Ibi in eodem loco vbi ago, non contra me habeo episcopum. Montanus episcopus ecclesiæ Cathauguritenfis. Idem dixit: Præsto sum. vnitatem habeo. Item recitavit: Iocundus episcopus plebis Sufetulensis. Idem dixit: Præsto sum. Titianus episcopus partis Donati ciuitatis superius dixit: Agnosco illum. Item recitavit: Victor episcopus plebis Bartanēfis. Idem dixit: Præsto sum. Honorius episcopus partis Donati ciuitatis superius dixit: In mala quæ fecit mihi modo illum didici. Item recitavit: Victor episcopus Cullitenfis. Idem dixit: Præsto sum. Fidentius episcopus ciuitatis superius dixit: Agnosco illum. Item recitavit: Palatinus episcopus Bosetenfis. Idem dixit: Præsto sum. Felix episcopus ciuitatis su-

perius dixit: Agnosco illum. Item recitauit: Quodvult-  
deus episcopus Giuirtenfis. Idem dixit: Præsto sum. E-  
uafius episcopus ciuitatis superius: Agnosco illum. Item  
recitauit: Siluanus episcopus Carianēsis. Idem dixit: Præ-  
sto sum. vnitas est illic. Item recitauit: Æmilianus episco-  
pus Aggeritenfis. Idem dixit: Præsto sum. Candorius epi-  
scopus ciuitatis superius dixit: Agnosco illum. Item reci-  
tauit: Priuatus episcopus plebis Vfilensfis. Idem dixit: Præ-  
sto sum. non contra me habeo episcopum: presbyterum  
illic habet. Item recitauit: Maius episcopus Plenius Amu-  
darfensfis. Idem dixit: Præsto sum. patria mea catholica  
est. Item recitauit: Victor episcopus plebis Vuazensfis. I-  
dem dixit: Præsto sum. Secundinus episcopus plebis supe-  
rius: Agnosco illum. Item recitauit: Cresconius episco-  
pus plebis Tituli. Idem dixit: Præsto sum. Victor episco-  
pus loci superius dixit: Agnosco illū. Item recitauit: Mi-  
lichus episcopus plebis Tagamutensfis. Idem dixit: Præsto  
sum: omnes catholici sunt. Item recitauit: Speratus epi-  
scopus plebis Ammadoren. Idem dixit: Præsto sum. Cre-  
scientianus episcopus ciuitatis superius dixit: Agnosco il-  
lum. Item recitauit: Aurelius episcopus plebis Namnu-  
lit. Idem dixit: Præsto sum, non habeo contra me episco-  
pum. Habet deum diaconus episcopi Primiani Cartha-  
ginensfis dixit: Exiuit de corpore. Item recitauit: Venu-  
stus episcopus plebis Turudensfis. Idem dixit: Præsto sum.  
Adeodatus episcopus dixit: Non ibi habemus. Item re-  
citauit: Honoratus episcopus Abiddensfis. Idem dixit:  
Præsto sum, episcopum contra me non habeo ibi. Item  
recitauit: Gududus episcopus Aniusensfis. Idem dixit:  
Præsto sum. Donatus episcopus eiusdem loci dixit: Ag-  
nosco illum. Item recitauit: Sabratius episcopus plebis  
Turretamallumensfis. Idem dixit: Præsto sum. Iurata epi-  
scopus ciuitatis SS. dixit: Agnosco illum. Item recitauit:  
Fortunatus episcopus ecclesiæ Vndesitensfis. Idem dixit:  
Præsto sum. Cresconius episcopus dixit: Agnosco illum:  
Item recitauit: Seuerus episcopus plebis Vtimari. Idem  
dixit: Præsto sum, vnitas est illic. Item recitauit: Paska-  
sius episcopus plebis Tiiucensfis. Idem dixit: Præsto sum,  
sed vnitas est illic. Item recitauit: Valerius episcopus ple-  
bis Vtinicensfis. Idem dixit: Præsto sum, episcopum non  
habeo.

habeo. Habet deū diaconus dixit: Fuit illic, exiit de corpore. Item recitauit: Urbanus episcopus plebis Theodal. Idē dixit: Præsto sum, catholica est, vnitas est. Item recitauit. Victor episcopus plebis Migirp. Idē dixit: Præsto sum. Gloriosus episcopus loci superioris dixit: Agnosco illum.

CXXVI.

Fortunatianus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Cum episcoporum sit petita collatio, miramur nescio qua impudentia præsentem diaconum episcopi personam velle suscipere, & collationem quam Deo fauente cœpimus inchoare, studio contentionis perturbare. Vnde cohibeat se a tali actione: quia non decet rebus feriis non necessaria commiscere. & alia manu: Recognoui.

CXXVII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Superflua prosequitur sanctitas tua, cum constet præsentem ad id fuisse delectum, vt cognosceret singulos, non studium disputationis arriperet. Item recitauit: Lucianus episcopus plebis Tuneyensis. dixit: Præsto sum. vnitas est illic. Item recitauit: Donatus episcopus plebis Sayensis. Idem dixit: Præsto sum. vnitas est illic. Item recitauit: Rufinianus episcopus plebis Muzuenensis. Idem dixit: Præsto sum: omnis catholica est. Item recitauit: Victor episcopus plebis Trisipensis. Idem dixit: Præsto sum. Felicianus episcopus dixit: Agnosco illum. Item recitauit: Adeodatus episcopus plebis Bencennensis. Idem dixit: Præsto sum. Catholica est ab origine. Item recitauit: Faustinus episcopus plebis Sillitenensis. Idem dixit: Præsto sum. Possidonius episcopus loci superioris dixit: Agnosco illum. Item recitauit: Felix episcopus plebis Aptungitensis. Idem dixit: Præsto sum. Catholica est omnis. Item recitauit: Geta episcopus plebis Iubaltianensis. Idem dixit: Præsto sum. non habeo contra alium. Item recitauit: Ianuarius episcopus plebis Cenculianensis. Idem dixit: Præsto sum; non est illic episcopus alius, catholica est. Item recitauit: Iulianus episcopus plebis Tasaltensis. Idem dixit: Præsto sum: vnitas est, catholica est omnis illic. Adeodatus episcopus dixit: Annus est ex quo mortuus est. Item recitauit: Crescentianus episcopus plebis Arenensis. Idem dixit: Præsto sum. vnitas est apud me. Item recitauit: Licentius episcopus

plebis Zattarenfis. Idem dixit : Præſto ſum. Catholica eſt ibi. Item recitauit : Malcus epifcopus plebis Maſculitenfis. Idem dixit : Præſto ſum. Vitalis epifcopus loci ſuperioris dixit : Agnoſco illum. Item recitauit : Marianus epifcopus plebis . . . . Rufinianus. Idem dixit : Præſto ſum : vnitatem catholicæ habet. Item recitauit : Tertiolus epifcopus plebis Cillitenfis. Idem dixit : Præſto ſum. Donatus epifcopus loci ſuperioris dixit : Agnoſco illum. Item recitauit : Sopater epifcopus plebis Tambalenfis. Idem dixit : Præſto ſum. Fauſtinus epifcopus dixit : Agnoſco illum. Item recitauit : Paulus epifcopus plebis V-zittarenfis. Idem dixit : Præſto ſum , non habeo ex illa parte. Habet deum diaconus dixit : Exiuit de corpore. Item recitauit : Ianuarius epifcopus plebis Aptucenſis. Domnicus epifcopus eccleſiæ catholicæ dixit : Hic eſt , commotus eſt corporis infirmitate. Item recitauit : Viçtor epifcopus eccleſiæ Vticenſis. Idem dixit : Præſto ſum. Gedudus epifcopus ciuitatis ſuperioris dixit : Agnoſco illum. Item recitauit qui ſupra : Procericio epifcopus plebis Vculenſis. quo accedente , idem dixit : Præſto ſum , omnis catholica eſt. Item recitauit : Baſilius epifcopus plebis Altiburitenſis. Idem dixit : Præſto ſum. Auguſtalis epifcopus dixit : Agnoſco illum. Item recitauit : Viçtor epifcopus plebis Vinenſis. Idem dixit : Præſto ſum. Habet deum diaconus dixit : Non ibi habemus , exiuit de corpore , ante annos quinque. Item recitauit : Fruçtuofus epifcopus plebis Abziritenſis. Vincentius epifcopus eccleſiæ catholicæ dixit : Hic eſt Carthagini. ſenſit ſibi. Adeodatus epifcopus dixit : diœceſis eſt Felicianiatenſis , preſbyterum ibi habet. Item recitauit : Publianus epifcopus plebis Bazarididac. Idem dixit : Præſto ſum , vnitas eſt. Item recitauit : Caſſianus epifcopus plebis Vamaccorenſis. Idem dixit : Præſto ſum. Donatus epifcopus ciuitatis ſuperioris dixit : Agnoſco illum : preſbyter meus fuit. Item recitauit : Treſconius epifcopus plebis Zaraitenſis. Idem dixit : Præſto ſum. Rogatus epifcopus loci ſuperioris dixit : Agnoſco illum. Item recitauit : Felix epifcopus Villæ Regenſis. Idem dixit : Præſto ſum. non habeo contra me epifcopum modo ; exiuit de corpore. Viçtor epifcopus dixit : Conſtat me modo fuiſſe ordinatum. Item

recitauit: Primulus episcopus plebis Tamagriftenfis. Idem dixit: Præsto sum. Saturninus episcopus ciuitatis superioris dixit: Agnosco illum. Item recitauit: Adeodatus episcopus plebis Satafensis. Idem dixit: Præsto sum. Urbanus episcopus loci superius dixit: Agnosco illum. Item recitauit: Faustianus episcopus plebis Tamogadensis. Idem dixit: Præsto sum. Gaudentius episcopus loci superius dixit: Agnosco illum. Item recitauit: Auitus episcopus plebis Lamafuensis. Idem dixit: Præsto sum. Ianuarius episcopus ciuitatis superioris dixit: Agnosco illum. Item recitauit: Sextilius episcopus plebis Affabensis. Idem dixit: Præsto sum. Marcianus episcopus dixit: Agnosco illum. Item recitauit: Marcianus episcopus Idierenfis. Idem dixit: Præsto sum. Martialis episcopus dixit: Agnosco illum. Item recitauit: Crispulus episcopus ecclesie Voliten. Idem dixit: Præsto sum. Quod vult deus episcopus dixit: Agnosco illum. Item recitauit: Germanus episcopus Gypsariensis. Idem dixit: Præsto sum. Fidentinus episcopus dixit: Agnosco illum. Rogatus episcopus Gaguaritenfis. Idem dixit: Præsto sum. vnitatem habet. Adeodatus episcopus dixit: Noster fuit, a nobis illo transiit. Item recitauit: Quadratus episcopus plebis Gegitenfis. Idem dixit: Præsto sum. nunquam ibi fuit episcopus. Item recitauit: Gregorius episcopus Tamamallensis. Idem dixit: Præsto sum. Lucius episcopus dixit: Agnosco illum. Item recitauit: Lucius episcopus ciuitatis Tagaratensis. Idem dixit: Præsto sum. Quintus episcopus dixit: Agnosco illum. Item recitauit: Felicianus episcopus plebis Cufru- ten. Idem dixit: Præsto sum, episcopum alium non habeo.

CXXIX.

Primianus episcopus dixit: Ille qui fuit damnatus est & nobis, & ab illis, cum scirent illum reum; & ipsi confirmauerunt, adhuc alter non est ordinatus. & alia manu: Primianus episcopus recognoui. Item recitauit: Bonifacius episcopus Cenensis. Idem dixit: Præsto sum. Vinde- mius episcopus dixit: Agnosco illum. Item recitauit: Adeodatus episcopus plebis Bazaritana. Idem dixit: Præsto sum. est quidem in corpore constitutus Calipotius, sed cum videret vniuersum populum ad ecclesiam catholicam fuisse conuersum, discessit. Item recitauit:

*Concil. Tom. 4.*

Bb ij



Niuentius episcopus Tunugabensis. Idem dixit: Præsto sum. non ibi habeo contra me episcopum.

CXXX.

Primianus episcopus dixit: Damnatus est in causa adulterii, tamen illic fuit vsque ad annum præsentem. Item recitauit: Sabinus episcopus Tuccensis. Idem dixit: Præsto sum. Adeodatus episcopus dixit: in dioecesi mea est ordinatus, ex presbyterio meo est. Sabinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Cum sæpe a ciuibus meis peteret vt eos in communionem ecclesiæ catholicæ susciperem, rogauerunt etiam vt eis episcopus daretur. Petierunt me, & ordinatus sum. Adeodatus episcopus dixit: Quem habuit decessorem, edicat in cuius locum successit.

CXXXI.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Constat non ibi fuisse catholicam. Adeodatus episcopus dixit: Non. Itē recitauit: Marianus episcopus Vtzipparitanor. Idem dixit: Præsto sum. nunquam ibi habui alium. Item recitauit: Victorius episcopus plebis Larenensis. Idem dixit: Præsto sum. Honoratus episcopus dixit: Agnosco illum.

CXXXII.

Hilarus exceptor dixit: Quoniam codices impleuimus, & alii nobis subrogandi sunt exceptores, iubeat nobilitas tua, e corpore nostro alios subrogari nobis custodibus datis. Vitalis notarius ecclesiæ catholicæ dixit: Hoc & ego suggero, quod & exceptor nobilitati tuæ. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Dentur nunc notariis, qui codices se impleffe confirmant, & exceptoribus ab vtraque parte custodes. Aurelius episcopus ecclesiæ catholicæ Carthaginensis dixit: Iam nos delegisse custodes, mandato ipso narrauimus, ex ipsis etiam duos offerimus custodes. & alia manu: Recognoui. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Eorum nomina qui nunc offeruntur edicito. Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Deuterium & Restitutum. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Congruum est, vt ficuti & alii subrogati sunt exceptores, sic dentur & ab alia parte custodes. Primianus episcopus Carthaginensis dixit: Damus custodes Victorem Hipponiensem, & Marinianum Oensem collegas nostros.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Quoniam ex vtraque parte episcopi custodes videntur appositi, singulorum (sicut coeperat) officium nomina subscriptionelque recitare debet, & ad susceptas tabulas ad maiorem diligentiam alterutrum signet sollicitudo custodum, vt iisdem presentibus reseratae, describi possint, atque ea quae gesta sunt schedarum serie contineri. Cumque ab vtrisque partibus tabulae susciperentur atque signarentur, recitatum est: Innocentius episcopus Lamiggigen- sis coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandauit, & subscripsi Carthagini. Quare idem dixit: Praesto sum. Iunianus episcopus dixit: Nec ego illum no- ui, nec ipse me. & recitauit: Rufinianus episcopus Bo- nuften. coram v. c. tribuno & notario Marcellino, su- pra scripta mandauit, & subscripsi Carthagini. quare idem dixit: Nunquam illic fuerunt Donatistae. Primianus epi- scopus Carthag. dixit: Ipse fuit noster, sed populos ha- bemus quibus ordinare... Rufinianus episcopus ecclesiae catholicae Bonuften- sis dixit: Nunquam habuit. & reci- tatum est: Laodicius episcopus plebis Clypiensis coram v. c. tribuno & notario Marcellino supra scripta mandauit & subscripsi Carthagini. Quare idem dixit: E parte ad- uersa est Geminius. & recitauit: Donatus episcopus ple- bis Buritan. coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandauit & subscripsi Carthagini. quare cum recitauisset, idem dixit: Neminem illic habent Donati- stae. & recitauit: Candorius episcopus plebis Mulliten- sis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius man- dauit, & subscripsi Carthagini. quare Marcellinus episco- pus dixit: Agnosco illum. & recitauit: Isaac episcopus plebis Vtinensis coram v. c. tribuno & notario Marcel- lino superius mandauit & subscripsi Carthagini. Felicia- nus episcopus dixit: Agnosco illum. & recitauit: Quin- tus pro Victore episcopo Tuburbitanorum minorum co- ram v. c. tribuno & notario Marcellino subscripsi, eum superius mandasse presentem Carthag. Maximinus epi- scopus dixit: Agnosco illum. & recitauit: Felix episco- pus Tubien. coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandauit & subscripsi. Idem dixit: catholica est

sola. & recitavit: Felix episcopus Abbirmaius, coram  
 v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandavi &  
 subscripsi Carthagini. quare idem dixit: Catholica est  
 sola. & recitavit: Augendus episcopus plebis Villa Mag-  
 nensis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino supe-  
 rius mandavi & subscripsi Carthagini. quare idem dixit:  
 Catholica est tantum. Primianus episcopus Carthaginen-  
 sis dixit: Ipse est qui iam dudum ad illam partem transiit.  
 & recitavit: Lucidus episcopus plebis Marcellianensis &  
 Bazitensis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino su-  
 perius mandavi & subscripsi Carthagini. quare idem di-  
 xit: Catholica est, & notario Marcellino superius man-  
 davi & subscripsi Carthagini. quare idem dixit: E diuer-  
 so est. Restitutus episcopus dixit: Agnosco illum. & re-  
 citavit: Aufidius episcopus plebis Tignicensis coram v. c.  
 tribuno & notario Marcellino superius mandavi & sub-  
 scripsi Carthagini. quare idem dixit: E diuerso habeo Iulia-  
 num. Iulianus episcopus dixit: Agnosco illum. & recitavit:  
 Fortunatus episcopus plebis Abbenzēsis coram v. c. Mar-  
 cellino tribuno & notario superius mandavi & subscripsi  
 Carthagini. quare idem dixit: Vnitatem habeo. Optatus  
 episcopus dixit: Non habemus episcopum, presbyterum  
 habemus. & recitavit: Trifolius episcopus plebis Abo-  
 rensis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius  
 mandavi & subscripsi Carthagini. quare idem dixit: No-  
 men si illic auditum fuerit Donatistarū, lapidatur. & reci-  
 tavit: Quintus pro Paulino Zurense præsente literas ne-  
 sciente coram v. c. Marcellino tribuno & notario supe-  
 rius mandavi & subscripsi Carthag. quare & accedente e-  
 piscopo Paulino catholico idem dixit: Catholica est. Ha-  
 bet deum diaconus Primiani episcopi dixit: Presbyter est  
 illic noster, diocesis est nostra. & recitavit: Lucrus epi-  
 scopus plebis Nigrensium maiorum coram v. c. tribuno  
 & notario Marcellino superius mandavi & subscripsi Car-  
 thagini. quare idem dixit: Vnitas est. Habet deum dia-  
 conus dixit: Presbyterum habet. & recitavit: Fidentius  
 episcopus plebis Cefalensis coram v. c. tribuno & nota-  
 rio Marcellino superius mandavi & subscripsi Carthagi-  
 ni. quare idem dixit: Vnitatem habeo. Valentinianus di-  
 xit: Modo exiit de corpore. Fidentius dicebatur. & re-

ANNO  
CHRISTI  
411.

citavit: Cresconius episcopus plebis Rufucensis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandavi & subscripsi Carthagini. quare idem dixit: Vnitatem habeo. Habet deum diaconus dixit: Non habemus. & recitavit: Ambibius episcopus plebis Pisitenfis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino, superius mandavi & subscripsi Carthagini. quare idem dixit: Habeo Felicem e diuerso. Valentinianus diaconus dixit: Felix dicitur, literas misit excusationis, senectutis causa. & recitavit: Rogatianus episcopus Tigimma plebis Tigimmensis coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandavi & subscripsi Carthagini. Quare idem dixit: E diuerso mihi est Victorianus. & accedente Victoriano dixit: Agnosco illum. & recitavit: Stephanus episcopus plebis Simuaritensis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandavi & subscripsi Carthagine. quare idem dixit: Vnitas est illic, ecclesia est illic. Habet deum diaconus dixit: Diocesis mea est Cypriani Aficcenni. Cyprianus dicitur episcopus qui illic intendit, Adfinar. & recitavit: Serotinus episcopus plebis Turuzitensis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandavi & subscripsi Carthagin. quare idem dixit: Nunquam habuit nec habet. Habet deum diaconus dixit: Presbyter est illic Cattus. Serotinus episcopus ecclesie catholice dixit: Illic est. sed superfluo. & recitavit: Maiorinus episcopus plebis Zemtensis coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandavi & subscripsi Carthagini. quare idem dixit: Catholica est, nec habuit, nec habet. & recitavit: Thomas episcopus plebis Cubdensis coram v. c. tribuno & notario Marcellino supra scripta mandavi & subscripsi Carthagini. quare idem dixit: E contra neminem habemus. & recitavit: Restitutus episcopus plebis Muzucensis coram v. c. tribuno & notario Marcellino mandavi & subscripsi Carthagini. quare idem dixit: E contra Idaxius nobis est. & accedente Idaxio episcopo, idem dixit: Agnosco illum. & recitavit: Antonius episcopus plebis Mutugenensis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandavi & subscripsi Carthagini. quare idem dixit: E diuerso Splendonius est. & accedente Splendonio episcopo idem dixit: Agnosco

illum. & recitavit : Priuatianus episcopus plebis Vigefelitenfis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandauit & subscripsi Carthagine. quare idem dixit : E diuerso est mihi Donatus Cillitenfis. & accedente Donato Cillitenfi episcopo idem dixit : diaconos illic habeo, vicina plebs agit : dioecesis mea est. Priuatianus episcopus ecclesiae catholicae dixit : Vbi conueniunt? Donatus episcopus dixit : Et loca & memorias martyrum tamen prohibuisti, Candidum non habui presbyterum. Inde Priuatianus episcopus ecclesiae catholicae dixit : Et vbi agebatur? & recitavit : Aemilianus episcopus ecclesiae Benefensis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandauit & subscripsi Carthagini. quare idem dixit : Non habeo neminem e diuerso. Valentianus diaconus dixit : Maximianus dictus est, hodie de corpore exiit. Aemilianus episcopus ecclesiae catholicae dixit : Triennium habeo ex illo quo ordinatus sum, nullum illic scio. Valentianus diaconus dixit : Mittatur, & videant illum. & recitavit : Litorius episcopus plebis Suauenfis coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandauit & subscripsi Carthagini. quare idem dixit : Vnitas est illic. omnis catholica est. Habet deum diaconus partis Donati dixit : Non habemus. & recitavit : Benenatus episcopus plebis Hospitenfis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandauit & subscripsi Carthagini. quare idem dixit : In loco meo alius non est episcopus. Lucullus episcopus dixit : Persecutio semper me fugauit. & recitavit : Leontius episcopus plebis Musertitenfis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandauit & subscripsi Carthagine. quare Habet deum diaconus partis Donati dixit : Cresconius nunc ordinatus est contra. & recitavit : Siluanus episcopus plebis Macrianenfis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandauit & subscripsi Carthagini. quare idem dixit : Neminem habet, catholica est. & recitavit : Eunomius episcopus plebis Marazanenfis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandauit & subscripsi Carthagini. quare idem dixit : E diuerso est mihi Habet deum. Habet deum episcopus dixit : Praedecessor meus ad Marazanensem locum ordinatus est. is postquam in cathedram fedit,

ANNO  
 CHRISTI  
 411.

fedit, expulsus est. Eunomius episcopus ecclesie catho-  
 licæ dixit: Nunquam fedit. Habetdeum episcopus dixit:  
 Ego etiam non admissus, in tertio milliario in ciuitate  
 conqueui. Eunomius episcopus ecclesie catholice dixit:  
 Nunquam fuerunt Donatista, nec sunt, nec aliquando  
 federunt cathedram. Habetdeum episcopus dixit: Modo  
 oppressi sunt. & recitauit: Barbarus episcopus plebis Hier-  
 pinianensis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino  
 subscripsi Carthagine. idem dixit: Non habeo nemi-  
 nem contrarium. Valentinianus diaconus dixit: Mœco-  
 pius dicebatur episcopus, exiuit de corpore. & recitauit:  
 Secundianus episcopus plebis Hermianensis, coram v. c.  
 tribuno & notario Marcellino superius mandauit & sub-  
 scripsi Carthagine. quare idem dixit: Contra mihi est Ma-  
 ximianus episcopus. & accedente Maximiano episcopo  
 idem dixit: Agnosco illum. & recitauit: Postumianus  
 episcopus plebis Tagorensis, coram v. c. tribuno & no-  
 tario Marcellino superius mandauit & subscripsi Car-  
 thagine. quare idem dixit: Catholica est, vnitatis. & re-  
 citauit: Barbarianus episcopus plebis Creperulensis, co-  
 ram v. c. tribuno & notario Marcellino superius man-  
 dauit & subscripsi Carthagine. quare idem dixit: Catho-  
 lica est tantum. Valentinianus diaconus dixit: Non habemus.  
 & recitauit: Felix episcopus Caniopitanorum, co-  
 ram v. c. tribuno & notario Marcellino superius manda-  
 uit & subscripsi Carthagine. quare Valentinianus diaconus  
 dixit: Presbyterum habemus nomine Restitutum. & re-  
 citauit: Victor episcopus plebis Tibaritensis, coram v. c.  
 tribuno & notario Marcellino superius mandauit & sub-  
 scripsi Carthagine. quare idem dixit: E diuerso est Vi-  
 ctorianus episcopus. accedente Victoriano episcopo i-  
 dem dixit: Agnosco eum. & recitauit: Gennadius epi-  
 scopus plebis Membressitensis, coram v. c. tribuno &  
 notario Marcellino superius mandauit & subscripsi Car-  
 thagine. quare idem dixit: E diuerso mihi est. Restitu-  
 tus episcopus plebis Simingitensis, coram v. c. tribuno &  
 notario Marcellino superius mandauit & subscripsi Car-  
 thagine. quare Habetdeum diaconus dixit: Non ha-  
 bemus. & recitauit: Octavius episcopus plebis Vtinu-  
 nensis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino su-

perius mandavi & subscripsi Carthagine. quare idem dixit: E contrario mihi est Bonifacius. & accedente Bonifacio episcopo dixit idem: Agnosco illum: & recitavit: Victorinus episcopus plebis Tabudesenensis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino, suprascripta mandavi & subscripsi Carthagine. quare idem dixit: E diverso est Argutus. & accedente Arguto episcopo, idem dixit: Agnosco illum. & recitavit: Maximinus episcopus plebis Ene-  
rensis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandavi & subscripsi Carthagine: quare idem dixit: Catholica est, vnitatem habeo. Quod vult deus episcopus dixit: Habet episcopum; sed male habet. & recitavit: Reginus episcopus plebis Tigillauensis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandavi & subscripsi Carthagine. quare Flavianus episcopus dixit: De itinere reuertit Donatus, causa ægritudinis. & recitavit: Quintus pro Cresconio episcopo Centenariensi præ-  
sente v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandavi & subscripsi Carthagine. eo quod infirmitatis causa præpediatur, mandante ipso subscripsi Carthagine. quare Quod vult deus episcopus dixit: Etiam ipse male habet. & recitavit: Felix episcopus plebis Izirianensis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandavi & subscripsi Carthagine. quare idem dixit: E diverso est mihi Satorus. & accedente Saturo episcopo, idem dixit: Presbyter meus erat. & recitavit: Felicianus episcopus plebis Feraditensis minoris, præsentem v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandavi & subscripsi Carthagine. quare idem dixit: Catholica est. Valentinianus diaconus dixit: Non habemus. & recitavit: Romanus episcopus plebis Megapolitanae, coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandavi & subscripsi Carthagine. quare idem dixit: E diverso non habeo. Felix episcopus dixit: Presbyterum habemus Maximianum: Præsto est. & recitavit: Restitutus episcopus plebis Cincaritensis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandavi & subscripsi Carthagine. quare idem dixit: E diverso mihi est Campanus episcopus: & accedente Campano episcopo idem dixit: Agnosco illum. & recitavit: Nados episcopus plebis Sa-

ANNO  
CHRISTI  
411.

bratenfis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandauit & subscripsi Carthagine. quare idem dixit: E diuerso habui, modo non habeo. & recitauit: Cultafius episcopus plebis Mataritanensis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandauit & subscripsi Carthagine. quare idem dixit: Vnitas est. Habet deum diaconus dixit: Habuimus Rusticianum; modo exiuit de corpore. & recitauit: Octavianus episcopus plebis Vcimaius, coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandauit & subscripsi Carthagine. quare idem dixit: Vnitatem habeo. Saluianus episcopus dixit: Senis Victoriani diœcesis est, presbyterum habet Ianuarium: & recitauit: Safargius episcopus plebis Lampuensis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandauit & subscripsi Carthagine. Valentinianus diaconus Primiani episcopi dixit: Senis Carteri est plebis; sed absens est, pedibus laborat: propterea venire non potuit. & recitauit: Victorinus episcopus plebis Tabudensis, pro Gorgonio confacerdote meo, qui infirmitate detinetur, plebis Liberaliensis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino mandante ipso subscripsi Carthagine. quare idem Gorgonius dixit: Basilicam mihi deposuerunt hæretici; solus sum. Protasius episcopus dixit: Habemus illic Victorem episcopum: & recitauit: Fortunatus episcopus loci Casensis, Calanensis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino supra scripta mandauit & subscripsi Carthagine. quare idem dixit: solus sum. Verissimus dixit: presbyter est ibi Victorinus. & recitauit: Theasius episcopus plebis Memblositenfis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandauit & subscripsi Carthagine. quare idem dixit: Sola vnitas est illic ecclesiæ catholicæ. Saluianus episcopus dixit: Tempore persecutionis succubuit illic episcopus qui illic fuit. & recitauit. Probanus episcopus plebis Trofimianensis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandauit & subscripsi Carthagine. quare idem dixit: solus sum. Valentinianus diaconus dixit: Presbyterum habet. & recitauit: Dulcitus episcopus plebis Tacapitenfis, præfente v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandauit & subscripsi Carthagine. quare idem dixit: Valentinianus diacono-



nus dixit: Felix dicitur; hic est, sed male habet. Item recitavit: Catulinus episcopus plebis Gittenfis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandauit & subscripsi Carthagine. quare idem dixit: Vnitas est. Valentinianus diaconus episcopi Primiani dixit: Non habemus. & recitavit: Villaticus episcopus plebis Sinnipfensis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandauit & subscripsi Carthagine. quare idem dixit: Vnitas est. & recitavit: Hilarianus episcopus plebis Hiltensis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandauit & subscripsi Carthagine. quare & accedente Victore episcopo idem dixit: Modo sum illic ordinatus, non me nouit. Hilarianus episcopus ecclesie catholice dixit: Non habet. & recitavit: Ianuarianus episcopus ecclesie Gispensis maius, coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandauit & subscripsi Carthagine. quare idem dixit: Non habemus. & recitavit: Seuerianus episcopus Ceramunensis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandauit & subscripsi Carthagine. quare idem dixit: Catholica est omnis. Haber deum diaconus episcopi Primiani dixit: Habemus senem Adeodatum. Seuerianus episcopus ecclesie catholice dixit: Ostendat illum. Adeodatus episcopus dixit: In plebe mea est Mileuitana, Ceramussa.

## CXXXIV.

Seuerianus episcopus ecclesie catholice dixit: Omnis ab origine catholica est ibi, nunquam ibi fuerunt Donatista. Adeodatus episcopus dixit: In plebe mea est; per violentiam inde exclusit omnes, & presbyteros. Seuerianus episcopus ecclesie catholice dixit: Mentitur teste Deo. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Illud sanctitas tua simpliciter dignetur edicere, vtrum in ea plebe episcopus nunc sit. Adeodatus episcopus dixit: In plebe mea est, circumcirca meum est totum, etiam mei terrore succubuerunt omnes, qui in eodem loco constituti erant. Seuerianus episcopus ecclesie catholice dixit: Mentitur. & recitavit.

## CXXXV.

Dominicus episcopus plebis Bullensis Regionum, praesente v. c. tribuno & notario Marcellino superius man-

ANNO  
CHRISTI  
411

ANNO  
CHRISTI  
411.

daui & subscripsi Carthagine. quare idem dixit: E diuerso mihi est Felix, sed vnus est qui illic communicat. & accedente Felice episcopo idem dixit: Agnosco illum. & recitauit: Valentinianus episcopus Vaiensis, pro confacerdote meo Regino ecclesie Vegesfelenensis, qui hic apud Carthaginem infirmitatis causa detinetur, presente v. c. tribuno & notario Marcellino subscripsi. quare Alypius episcopus ecclesie catholice dixit: Male habet. Habetdeum diaconus dixit: Gauinius preesto est. & recitauit: Reparatus episcopus plebis Sufasaritensis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandauit & subscripsi Carthagine. quare idem dixit: Non habet, fuit ibi. Habetdeum diaconus dixit: Modo recessit. & recitauit: Proculus episcopus plebis loci Serrensis coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandauit & subscripsi Carthagine. quare idem dixit: Vnitatem habeo. Valentinianus diaconus dixit: Non habemus. & recitauit: Publicius episcopus Gratianopolitane plebis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandauit & subscripsi Carthagine. quare idem dixit: E diuerso Deuterius est, solus sine plebe. Deuterius episcopus dixit: Quia & domos deiecisti, & persecutionem mihi fecisti. & recitauit: Maximianus episcopus plebis Suboabburitensis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandauit & subscripsi Carthagine. quare idem dixit: E diuerso habeo Germanum. & accedente Germano episcopo idem dixit: Agnosco illum. & recitauit: Pompeianus episcopus Sucardensis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandauit & subscripsi Carthagine. quare Alypius episcopus ecclesie catholice dixit: Hic est, sed ægrotat. & recitauit: Fortunatus episcopus plebis Rufuccuritanæ, coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandauit & subscripsi Carthagine. quare idem dixit: E diuerso mihi est Optatus. & accedente Optato episcopo idem dixit: Agnosco illum. & recitauit: Victor episcopus plebis Bartimisiensis coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandauit & subscripsi Carthagine. quare idem dixit: Catholica est. Habetdeum diaconus dixit: Non habemus. & recitauit: Restitutianus episcopus plebis Sululittensis, coram v. c. tribuno &

notario Marcellino superius mandavi & subscripsi Carthagine. quare idem dixit : Omnis catholica est, omnes catholicos habemus. Valentinianus diaconus dixit : Non habemus. & recitavit : Helpidius episcopus plebis Aquensis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandavi & subscripsi Carthagine. Quare idem dixit : E diuerso mihi est Reparatus episcopus. & accedente Reparato episcopo idem dixit : Ipse est, agnosco illum. & recitavit : Victor episcopus plebis Malianensis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandavi & subscripsi Carthagine. quare idem dixit : E diuerso mihi est Nestorius. & accedente Nestorio episcopo, idem dixit : Agnosco illum. & recitavit : Ego Restitutus episcopus petitem de me a Victore episcopo Mamillensi coram v. c. tribuno & notario Marcellino subscripsi eum suprascripta me mandasse. quare idem dixit : E diuerso est Serenianus. & accedente Sereniano episcopo idem dixit : Agnosco illum. & recitavit : Victor episcopus plebis Tabaicariensis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandavi & subscripsi Carthagine. quare idem dixit : E diuerso est Marcianus. & accedente Marciano episcopo, idem dixit : Agnosco illum. & recitavit : Victor episcopus plebis Timicitensis coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandavi & subscripsi Carthagine. quare idem dixit : Habeo Optatum e diuerso. & accedente Optato idem dixit : Ipse est. & recitavit : Bonifacius episcopus plebis Vallitensis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandavi & subscripsi Carthagine. quare idem dixit : Non habeo. Valentinianus diaconus dixit : Defunctus est ante annos septem; Restitutus dictus est. & recitavit : Quintus subscripsi, pro Limeniano episcopo plebis Trapruensis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino subscripsi eum presentem Carthagine mandasse. quare idem dixit : Catholica est. Habet deum diaconus dixit : Contra non habemus. & recitavit : Proculus episcopus plebis Ginefitensis salariae, coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandavi & subscripsi Carthagine. quare idem dixit : Catholica est. Habet deum diaconus dixit : Habet presbyterum Lillybium. & recitavit : Auxilius

ANNO  
CHRISTI  
411.

episcopus plebis Nurconensis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandauit & subscripsi Carthagine. quare idem dixit: Vnitatem possidemus, quod omnes sciunt Casarienses. hic est Seuerinus, dicat. Seuerinus episcopus dixit: Nunquam habuit. & recitauit: Mensurius episcopus plebis Medefessitensis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandauit & subscripsi Carthagine. quare Valentinianus diaconus dixit: Modo exiuit de corpore. & recitauit: Honorius episcopus pro Ianuario fratre & coepiscopo meo plebis Casafmedianensis, Carthagini constitutus, praesente v. c. tribuno & notario Marcellino, superius mandauit, & pro eo subscripsi. quare & accedente Ianuario episcopo catholico, idem dixit: E diuerso est mihi Aemilianus. Et recitauit: Adeodatus episcopus plebis Simidiccensis, coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandauit & subscripsi Carthagine. quare idem dixit: Catholica est. Habet deum diaconus dixit: Non habemus. & recitauit: Ego Restitutus episcopus pro Solemmio collega meo plebis Tigifitensis, praesente v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandauit & subscripsi Carthagine. quare idem dixit: E diuerso est Paschasius. & accedente Paschasio idem dixit: Agnosco illum. & recitauit: Lampadius episcopus plebis Tifeditensis coram v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandauit & subscripsi Carthagine. quare idem dixit: E diuerso... Agnosco illum. & recitauit: Cyprianus episcopus plebis Tuburbitanor. maior. praesente v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandauit & subscripsi Carthagine. quare idem dixit: E diuerso est Rufinus. & accedente Rufino, idem dixit: Agnosco illum. & recitauit: Donatianus episcopus plebis Zellenensis, praesente v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandauit & subscripsi Carthagine. quare idem dixit: E diuerso habeo Natalicum. Et accedente Natalico episcopo, idem dixit: Agnosco illum.

CXXXVI.

Alypius episcopus ecclesiae catholicae dixit: Tagastenus Carthagini constitutus praesente v. c. tribuno & notario Marcellino hoc mandatum suscepi, & subscripsi. quare idem dixit: Vtinam quemadmodum Tagastis an-

tiqua vnitate gaudet, ita etiam de ceteris locis gaudeamus.

## CXXXVII.

Petilianus episcopus dixit: Mala est vnitas innocentiae & criminis, non posse vtraque iuxta misceri. & alia manu: Petilianus episcopus recognoui. & recitauit:

## CXXXVIII.

Augustinus episcopus ecclesiae Hipponiensis Regionum dixit: Carthagini constitutus praesente v. c. tribuno & notario Marcellino, hoc mandatum suscepi & subscripsi. quare & accedente Macrobio episcopo idem dixit: Agnosco illum. & recitauit: Vincentius episcopus ecclesiae Culufitenfis Carthagini constitutus, praesente v. c. tribuno & notario Marcellino hoc mandatum suscepi & subscripsi. quare idem dixit: Catholica est. Habet deum diaconus dixit: Habuit; sed modo communicauit ipsis. & recitauit: Fortunatus episcopus ecclesiae Constantinensis Carthagini constitutus, praesente v. c. tribuno & notario Marcellino, hoc mandatum suscepi & subscripsi. quare idem dixit: E diuerso habeo Petilianum.

## CXXXIX.

Petilianus episcopus dixit: Ipse est ecclesiae persecutor, in eadem ciuitate vbi ego episcopus sum. Aurelius episcopus ecclesiae catholicae Carthaginensis dixit: Et paulo ante iaculatus es iniuriam, & non recepisti. Fortunatus episcopus ecclesiae catholicae dixit: In eadem ciuitate ab haereticis omnia altaria confraeta sunt. Petilianus episcopus dixit: Persecutorem ea esse acta contineant. loco suo audies quae mereris. Et recitauit: Fortunatianus episcopus ecclesiae Siccensis, Carthagini constitutus praesente v. c. tribuno & notario Marcellino hoc mandatum suscepi & subscripsi. quare idem dixit: Vnitatem ecclesiae Siccensis noui, episcopum quidem tantum nomine audiui. & recitauit: Possidius episcopus ecclesiae catholicae Calamensis, Carthagini constitutus praesente v. c. tribuno & notario Marcellino hoc mandatum suscepi & subscripsi. Petilianus episcopus dixit: Crispinus proximo tempore exiuit de corpore. & recitauit: Florentinus episcopus ecclesiae catholicae Hyppensis Zaritorenfis, Carthagine constitutus coram v. c. tribuno & notario Mar-

ANNO CHRISTI 411. Marcellino superius mandavi & subscripsi. quare idem dixit: E diuerso est Victor. Habet deum diaconus dixit: Custos datus est codicum.

CXL.

Petilianus episc. dixit: Iam dudum inter defensores quibus mandatum est, aduerti nomen Fortunatiani & Fortunati retineri. nunc quoque ipsos mandatores esse recitari percipio. quæ est ista diuersitas? Nemo vnquam sibi mandauit.

CXLI.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Vtrum eorum qui causam peragendam susceperunt, par atque similis sit subscriptio, recitetur. & recitauit: Fortunatus episcopus ecclesiæ Constantinensis, Carthagini constitutus præsentem v. c. tribuno & notario Marcellino hoc mandatum suscepi & subscripsi. quare item recitauit: Fortunatianus episcopus ecclesiæ Siccensis, Carthagini constitutus, præsentem v. c. tribuno & notario Marcellino, hoc mandatum suscepi & subscripsi. Quo recitato,

CXLII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Peruidet sanctitas vestra subscriptionibus suis eos de suscepto mandato fuisse professos. vnde cetera per ordinem relegantur. & recitauit: Serenianus episcopus Miditensis, Carthagini constitutus præsentem v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandavi & subscripsi. quare idem dixit: Catholica est. Peregrinus Sufetensis episcopus dixit: Presbyterum illic habeo Victorem; diœcesis mea est. Victor episcopus dixit: Adsum, scriptum sit, si ipse Florentius bene me agnoscit, qui me persecutus est innocentem, quem apprehendit, & in custodiam officii dedit necandum; vbi triennium temporis feci.

CXLIII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Ista suo ordine cum putaueris peragentur. & recitauit: Nouatus episcopus ecclesiæ Sitifensis, Carthagini constitutus præsentem v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandavi & subscripsi. quare idem dixit: E diuerso habeo Marcianum. & accedente Marciano episcopo idem dixit: Agnosco persecutorem meum. & recitauit: Maurentius episcopus ecclesiæ Tubursicensis, Cartha-

Dd

gini constitutus præfente v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandavi & subscripsi. quare idem dixit: E diuerso Ianuarianum habeo. & accedente Ianuario, idem dixit: Agnosco illum. & recitauit: Bonifacius episcopus ecclesiæ Cataquensis, Carthagini constitutus præfente v. c. tribuno & notario Marcellino superius mandavi & subscripsi Carthagini. quare idem dixit: E diuerso Speratus est mihi. & accedente Sperato, idem dixit: Agnosco illum. & recitauit: Squillacius episcopus ecclesiæ Scillitenfis Carthagini constitutus præfente v. c. tribuno & notario Marcellino die superiori mandavi & subscripsi. quare idem dixit: E diuerso Donatum habeo. & accedente Donato episcopo, idem dixit: Agnosco illum. & recitauit: Priscus episcopus ecclesiæ Quidiensis Carthagine constitutus præfente v. c. tribuno & notario Marcellino die superiori mandavi & subscripsi. quare idem dixit: Non habeo Donatistas. qui illic fuit cum paucis parentibus suis, cum ipsis conuersus est. Honoratus episcopus dixit: episcopus noster qui Zicensibus succubuit in persecutione: presbyteri nostri sunt illic. & recitauit: Deuterius episcopus Cæsariensis, Carthagine constitutus præfente v. c. tribuno & notario Marcellino die superiori mandavi. quare Fortunatianus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Custos est tabularum. Valentinianus diaconus episcopi Primiani dixit: Emeritus est illic. & accedente Emerito idem dixit: Agnosco eum. & recitauit: Restitutus episcopus Tagorensis Carthagini constitutus, præfente v. c. tribuno & notario Marcellino die superiori mandavi. quare Fortunatianus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Etiam ipse custos est tabularum. Valentinianus diaconus episcopi Primiani dixit: Non habemus. & recitauit: Leo episcopus municipii Moptensis, Carthagine constitutus præfente viro clarissimo tribuno & notario Marcellino die superiori mandavi & subscripsi. quare idem dixit: Habeo Felicem. & accedente Felice, idem dixit: Agnosco illum. & recitauit: Asterius episcopus plebis Vicensis, Carthagine constitutus coram viro clarissimo tribuno & notario Marcellino mandavi & subscripsi. idem dixit: In ipso mecum alius episcopus non est. & accedente

ANNO CHRISTI 411. Urbano episcopo, idem dixit: Deus videt, quia non illum noui.

CXLIV.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Iamdudum me obtulisse sanctitati vestrae sat certum est, ut competenti reuerentia sedentes omnia tractaretis: siquidem mihi onerosum esse non nescio, tot venerabilibus viris stantibus residere. vnde vel nunc multitudine sequestrata, sedere dignamini.

CXLV.

Petilianus episcopus dixit: Agimus gratias honorificentiae tuae, vir nobilis, quod talis ac tanta est tua praesentia, ut benemeritis viris antiquissimisque sacerdotibus & tot persecutionum palmis florentibus, hanc benignitatem praestare digneris, ut grauissima senectus, quae ornata est & annis & meritis suis, sedendo sese reficiat, ne stando diutius laborare videatur, ne hic quoque labor oneret modicas vires senectutis. Sed quoniam vires Dominus subministrat, ipsamque reuerendam senectutem facit esse fortiolem, non erubescimus, non veremur, non euitamus, te residente, vir nobilis, licenter assistere. Siquidem hoc nec Christus Dominus noster vitauerit, cum ante praesidem stetisse dignatus est, quanto magis nos non recusamus, cum tu honorificus, tu iustus, tu reuerens, tu benignus, hanc offeras gratiam, quae tibi a Domino remuneratore dignissimis praemiis frequentissime referatur? Id autem nobis expedit, id necesse est, ut cum causa peroratur, cum prius incipitur, ut etiam personae constent, stare singulos deceat, quibus subire contigit disputationis examen. & alia manu: Petilianus episcopus recognoui.

CXLVI.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Quoniam oblata recusat sanctitas vestra, pars illa tractanda est, ut quia, sicut voluit vestra religio, vniuersorum qui subscripserant demonstrata praesentia est, secundum formam caelestis oraculi, sponsonis quoque vestrae memores, deligatis idoneos vestrae scilicet assertionis actores, quibus disputantibus, atque multitudinis sicut ante placuit confusione seclusa, plene possint vniuersa cognosci.

Concil. Tom. 4.

Dd ij



## CXLVII.

Emeritus episcopus dixit: Res iuuanda est, mandatum persona praesens est, mandatum quoque ferimus. sed ut actorum fides etiam cum nostra subscriptione adstipuletur, & professio recitabitur, & quae in placito subscripta sunt, actis haerebunt. & alia manu: Emeritus episcopus recognoui.

## CXLVIII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Susceptum mandatum ab officio recitetur. & cum tradidisset, Rufinianus subscriba recitauit: Post consulatum Varanis v. c. octauo Kalend. Iunii Carthag. Ianuarius, Primianus, Felix, Donatus, Candorius, Optatus, Donatianus, Antonianus, Victorianus, Fortis, & ceteri, Primiano, Petiliano, Emerito, Protasio, Montano, Gaudentio, Adeodato coepiscopis nostris praesentes praesentibus salutem. Mandamus vobis ecclesiae Dei causam, defensoresque vos facimus aduersus traditores persecutoresque nostros, qui nos in iudicio v. c. spectabilis tribuni & notarii Marcellini, per supplicationem suam proposito edicto inquietare voluerunt, ut eorum intentionibus respondeatis. Quidquid egeritis pro statu sanctae ecclesiae, ratum nos habituros, nostra subscriptione profiteamur. & alia manu: Optamus vos in domino bene valere, & nostri memores esse. quare,

## CXLIX.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Subscriptiones huius quoque mandati relegantur. Rufinianus scriba recitauit: Ianuarius episcopus Casensis Nigrensis huic mandato nostro subscripsi. Item alia manu: Primianus episcopus Carthaginensis huic mandato subscripsi. Item alia manu: Felix urbis Romae episcopus huic mandato subscripsi. Item alia manu: Donatus episcopus Botriensis huic mandato subscripsi. Item alia manu: Florinus episcopus Putizienensis subscripsi. Item alia manu: Candorius episcopus Aggeritensis subscripsi. Item alia manu: Antonianus episcopus Lamsortensis subscripsi. quare,

## CL.

Possidius episcopus ecclesiae catholicae dixit: Nouerimus etiam ipsorum praesentiam. Recognoui.

CL I.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Tam mandatum quam subscriptiones eidem coherentes gestis præsentibus inferentur. Ad pleniorum fidem pars vtraque designet, vtrum nihil de mutuis mandatis vocetur in dubium.

CL II.

Aurelius episcopus ecclesiæ catholicæ Carthaginensis dixit: Secundum subscriptiones mandati singuli accesserunt nostrorum, & professi sunt mandasse se nobis, etiam ipsi hoc faciant, vt subscriptionibus recitatis, singuli profiteantur mandauisse se, huicque mandato subscripsisse. & alia manu: Recognoui.

CL III.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Ideo transire iussi sunt singuli, vt de præsentia, non de professione constaret. Subscriptiones enim tantum posse sufficere, nulli vocatur in dubium. Vnde nunc illud quæritur, vtrum vtrarumque partium mandata vtriusque partibus placere videantur.

CL IV.

Aurelius episcopus ecclesiæ catholicæ Carthaginensis dixit: Sed volumus vt suis subscriptionibus respondeant. Per incolumitatem tuam cognoscant mandauisse se: quia non interfuit sublimitas tua cum isti subscriberent. Quod clanculo fecerunt, publice profiteantur. & alia manu: Recognoui.

CL V.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Iusta poscuntur, licet subscriptiones certum sit posse sufficere.

CL VI.

Aurelius episcopus ecclesiæ catholicæ Carthaginensis dixit: Ipsi nos sollicitiores reddiderunt.

CL VII.

Rufinianus scriba recitauit: Ianuarius episcopus Casensis dixit. & cum recitaret: Ianuarius ego & mandavi & subscripsi. Scriptum sit itaque, me non habere aduersarium aliquem de parte ipsorum, in plebe mea. Rufinianus scriba recitauit: Primianus episcopus Carthaginis. Et recitauit: Primianus episcopus Carthaginis dixit: Man-

D d iij

daueram : sed ego hoc mandatum suscepi. Rufinianus scriba recitavit: Felix episcopus vrbis Romæ, ... & recitavit: Felix episcopus vrbis Romæ dixit: Et mandavi & subscripsi. Possidius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Vbi est Felix? & alia manu: Recognoui.

## CLVIII.

Aurelius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Esto, quia vrbis Romæ episcopum se dicit, quare præiudicatur absenti? & alia manu: Recognoui.

## CLIX.

Petilianus episcopus dixit: Quæ ratio huc eum detulerit nullus ignorat. Nobilitatem omnem hic esse Romanam nec ipsi nescitis. Idem igitur turbo, eademque necessitas eum huc detulit, vt non dissentire videretur a nobis. & ipse mandavit. & alia manu: Petilianus episcopus recognoui.

## CLX.

Aurelius episcopus ecclesiæ catholicæ Carthaginensis dixit: Potuimus & nos transmarinos conducere, quorum nomina adderemus mandato. & alia manu: Recognoui.

## CLXI.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Licet & sanctitas vestra plenius recognoscat, & imperiâli sit auctoritate definitum, inter Africanarum prouinciarum episcopos me tantum debere cognoscere, tamen hoc quoque sine præiudicio episcopi vrbis Romæ, licet ex superfluo, libenter indulgeo.

## CLXII.

Aurelius episcopus ecclesiæ catholicæ Carthaginensis dixit: Abundat nos absenti præiudicasse. & alia manu: Recognoui.

## CLXIII.

Petilianus episcopus dixit: In omnibus hoc sequantur & teneant, se pro absentibus & transmarinis nihil esse locuturos. & alia manu: Petilianus episcopus recognoui.

Aurelius episcopus ecclesiæ catholicæ Carthaginensis dixit: Abundat nos Innocentium dixisse vrbis Romæ esse episcopum. & alia manu: Recognoui.

Rufinianus scriba recitavit: Donatus episcopus Bo-

ANNO  
CHRISTI  
411.

ANNO CHRISTI 411.  
 trianensis. Idem dixit: Et mandavi & subscripsi. Scriptum sit me non habere contrarium. Rufinianus scriba recitavit: Florianus episcopus Putizienensis. & cum recitavit: Primianus episcopus Carthaginis dixit: Hic apud Carthaginem infirmatus est: timens exitum suum, perrexit: iam subscripserat. & recitavit: Candorius episcopus Aggeritensis. & cum recitasset, idem dixit: Mandavi & subscripsi: habeo contrarium. & recitavit: Antonianus episcopus Lamsortensis. Idem dixit: Mandavi & subscripsi: non illic habeo aduersarium. & recitavit: Datianus episcopus Tamicensis. Idem dixit: Mandavi & subscripsi: aduersarium ibi non habeo. & recitavit: Victorianus episcopus Abissensis. & cum recitasset, idem dixit: Mandavi & subscripsi: aduersarium habeo in dioecesi mea. & recitavit: Natalicus episcopus Tzellenensis. & cum recitasset, idem dixit: Mandavi & subscripsi. Maximinus episcopus ecclesie catholice dixit: Dioecesis est Mizoni episcopi, presbyteros habet, & abundantem populum, quam ipse. & recitavit: Fortis episcopus Cediensis. & cum recitasset, idem dixit: Mandavi & subscripsi, aduersarium non habeo.

CLXIV.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Quoniam longum est ire per singulos, hi decem qui se mandasse professi sunt, actis edicant vtrum coram ipsis omnium sit facta subscriptio, & praebeant in ea quae sunt gesta, consensum.

CLXV.

Petilianus episcopus dixit: Magno quidem compendio vtitur magnificentia tua, vir nobilis, vt decem patres collegaue nostri, qui iam se mandasse subscripsisseque professi sunt, etiam ceteros patres subscripsisse testentur. Equidem hoc ad eam rem vel maxime proficit, ne tempus huiusce diei vltius producat. Sed tamen hoc expedit causa, vt singuli quique se & mandasse & subscripsisse profiteantur. Propterea vt etiam illud non taceant se amulos non habere: lucrum enim videtur his cedere, qui multos se aduersum nostros habere per hanc prouinciam ostenderunt, si in prouincia Numidia non ostendamus, eos penitus non habere, aut habere certe, sed raris locis. Omnis enim intentio nostra, vir nobilis, sicut me-

minisse dignaris, de numero sapissime causata est, atque in eodem vehementissime hæret. Et quamquam nobis multitudinem pax nutriat & conferuet, illis multitudinem bella conquirant, dum absentibus nobis, aut in locis, aut in ciuitatibus nostris, aut in dioecesibus passim multas imagines erigunt, vt numerosi esse videantur: tamen etsi par sit vtriusque aduersitatis numerus, maior meus debet videri, qui & me absente perstitit, & cum ipse sit cardinalis atque authenticus, nec æmulatione multiplici superatur. & alia manu: Petilianus episcopus recognoui.

## CLXVI.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Desiderio vestro satisfacere volui in omnibus inquirendis, ceterum constat nullam mihi de numero cognitionem fuisse mandatum.

## CLXVII.

Petilianus episcopus dixit: Nobis hoc saluum sit, quod non debuimus reticere.

## CLXVIII.

Fortunatianus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Potuimus quidem numerositates catholicæ ecclesiæ toto orbe diffusæ, quantum ad causam pertinet, in Africa demonstrare, nisi hoc totum actionis pondus consisteret. Verum quia nescio quibus moratoriis actionibus vir grauius vtitur Petilianus, amputatis superfluis, ad causæ iam initium veniatur, significantes insinuantisque nobilitati tuæ, vanum in nos præiudicium sua propositione voluisse depromere. & cum diceret: alia manu: Recognoui,

## CLXIX.

Petilianus episcopus dixit: Iniuriam facis vane; reponetur tibi: & quamquam reponere non liceat, tecum habeto. & alia manu: Recognoui.

## CLXX.

Fortunatianus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Quo diceret excusationis tendiculas prætendens ante diem cognitionis se quasi calorum senatum partis Donati episcopi obseruasse diuturno labore fuisse confectos: cum a nostra parte omnino semper audientia flagitata sit. sed idcirco diem tempusque obseruauimus, vt & in hoc obedientia

ANNO CHRISTI 411.  
dientia catholicae ecclesiae monstratur. & cum diceret, & alia manu: Recognoui,

CLXXI.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Secundum edicti tenorem utraque partes his tantum in iudicio remanentibus quibus constitit cognitionem fuisse ab omnibus mandatam, iuxta professiones suas causam tractare debent.

CLXXII.

Fortunatianus ecclesiae catholicae episcopus dixit: Ut causa cognosci possit, decernat sublimitas tua, superfluum & circumstantem nobis exire multitudinem. & alia manu: Recognoui.

CLXXIII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Hoc fieri necesse est: illud autem prius est, ut decem ab utraque parte fateantur se in subscribentium consensisse personas. & licet ad vestram petitionem eorum fuerit praesentia procurata, tamen ne quid vobis denegatum esse videatur, uniuersorum subscriptiones ex ordine relegantur.

CLXXIV.

Alypius episcopus ecclesiae catholicae dixit: Respondent, utrum omnium subscriptiones, quae mandato continentur, hic apud Carthaginem sint conscriptae. & alia manu: Recognoui.

CLXXV.

Emeritus episcopus dixit: Quantum ex prosecutione cognoui, opus erat, ut e nostris partibus professio promeretur. patientia iudiciorum tuorum quae manum dat omnibus, libenter annuit, ut & ii qui subscripserunt professionem suam praesenti ad stipulationem inserant gestis. Petimus prudentiam tuam ut cum subscriptio coeperit recitari, eosdem digneris audire. & alia manu: Emeritus recognoui.

CLXXVI.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Subscriptiones omnium, sicut iusseram, recitentur. Rufinianus scriba recitauit: Optatus episcopus Rufuccuritenensis: & cum recitaret, Optatus episcopus dixit: Mandavi & subscripsi. & recitauit: Pomponius episcopus Macrianiensis.

sis. & cum recitaret, idem dixit: Mandauī & subscripsi. Donatianus episcopus Baguaniensis. & cum recitaret, idem dixit: Mandauī & subscripsi. & recitauit: Priuatus episcopus Azugensis. & cum recitaret, idem dixit: Mandauī & subscripsi: aduersarium in plebe mea non habeo. Ampelius episcopus ecclesie catholice dixit: Perfectam unitatem ex conuersione sua cognoscens, rectissimam fidem mecum frater meus Primulus loquitur episcopus. Episcopus enim tunc fuit partis Donati, nunc conuersus demonstrat cum plebe integram fidem ex sua conuersione. unitas illic perfecta est: non solum in ipsa ciuitate, verum etiam in omnibus diocesibus.

## CLXXVII.

Aurelius episcopus ecclesie catholice Carthaginensis dixit: Rogamus recitentur nomina quae iam dudum de subscriptione recitauit. Donatianum dixit Bagaiensem, & Priuatum Vagensem. & alia manu: Recognoui.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Denuo haec nomina, de quibus dubitatio nascitur, recitentur. & recitauit: Donatianus episcopus Bagaiensis, Priuatus episcopus Vagensis. Alypius episcopus ecclesie catholice dixit: Absit fallacia. Rogatus episcopus dixit: Ianuarianus dicitur, non Priuatus.

## CLXXVIII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Vultum tamen ipsum esse cognoscis.

## CLXXIX.

Rogatus episcopus dixit: Ianuarianum scio, Priuatum nescio. & recitauit: Donatus episcopus plebis Celerinensis. & recitauit. Idem dixit: Ego mandauī & subscripsi: aduersarium omnino nec habui, nec habeo in plebe mea. & recitauit: Victor episcopus Hipponiensis Diarrytor. & cum recitaret, idem dixit: Et mandauī & subscripsi. & recitauit: Sarmentius episcopus Cernamufensis. & cum recitauit, idem dixit: Et mandauī & subscripsi: teneant gesta, quia in plebibus meis aduersarium non habeo. Primianus episcopus Carthaginis dixit: Iam dudum de duobus fuit causa: idcirco & illi non sunt mentiti, nec nostri. Nam est Auzagga ubi fuit Ianuarianus, qui nunc defunctus est: alia Auzagga, ubi est Priuatus,

qui nunc viuit. & alia manu: Primianus recognoui.

CLXXX.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Satis episcopali veritate rem de qua error fuerat natus, iudiciis intimare dignatus es. vnde nunc cetera perlegantur. & recitauit: Perseuerantius episcopus Teuestensis. & cum recitaret, idem dixit: Et mandauit & subscripsi. & recitauit: Pancratius episcopus Badiensis. & recitauit, idem dixit: Et mandauit & subscripsi. & recitauit: Maximianus Serteitenensis episcopus. & cum recitaret, idem dixit: Et mandauit & subscripsi. & recitauit: Seuerinus episcopus Castellanus. & cum recitaret, idem dixit: Et mandauit & subscripsi. & recitauit: Colonicus episcopus Tinistensis. & cum recitaret, idem dixit: Et mandauit & subscripsi, & traditores apud me non habeo. Et recitauit: Felix episcopus Moptensis. & cum recitaret, idem dixit: Et mandauit & subscripsi. Et recitauit: Secundinus episcopus Iucundianensis. & cum recitaret, idem dixit: Et mandauit & subscripsi: aduersarios in ecclesia non habeo. & recitauit: Donatus episcopus Vageatensis. & recitauit, idem dixit: Et mandauit & subscripsi.

CLXXXI.

Alypius episcopus ecclesie catholice dixit: Scriptum sit istos omnes in villis vel in fundis esse episcopos ordinatos, non in aliquibus ciuitatibus. Recognoui.

CLXXXII.

Petilianus episcopus dixit: Sic etiam tu multos habes per omnes agros dispersos: imo crebros vbi habes, sane & sine populis habes. & alia manu: Petilianus episcopus recognoui. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Scripta sint, quae ab vtrisque partibus insinuata videntur esse iudiciis. & recitauit: Rogatianus episcopus Idassensis... & recitauit. idem dixit: Et mandauit & subscripsi: non habeo aduersarium. Aurelius episcopus ecclesie catholice Macomadiensis dixit: Habeo presbyterum in ecclesia. Florentianae episcopi fuerunt tres catholici, iam decesserunt: non potuimus adhuc ordinare presbyterum illic habemus Florentinum. & recitauit: Germanus episcopus Zugabbaritenensis. & cum recitaret, idem dixit: Et mandauit & subscripsi. & recitauit: Rogatianus episco-



pus Villamagnensis. & cum recitaret, idem dixit: Mandau & subscripsi: aduersarium non habeo. & recitauit: Presbyter Manilius Bazienus pro episcopo meo. & cum recitasset,

## CLXXXIII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Pro quo episcopo? Petilianus episcopus dixit: Lumine captus est. & alia manu: Petilianus episcopus recognoui. Alypius episcopus ecclesie catholice dixit: Respondeatur vtrum presens sit, pro quo subscriptum est. & alia manu: Recognoui. Primianus episcopus dixit: Loquamur veritatem, oculis captus est, venire non potuit, presbyterum suum direxit. & alia manu: Primianus episcopus recognoui. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Sed nomen ipsius debuit subscriptione teneri.

## CLXXXIV.

Alypius episcopus ecclesie catholice dixit: Testatum sit, etiam absentum nomina velle inferere, vt etiam nobis liceat omnes catholicos episcopos, qui per infirmitatem vel per aliquam occupationem adesse non potuerunt, gestis inferere. & alia manu: Recognoui. & recitauit: Donatus episcopus Apissanensis. & cum recitauit, idem dixit: Et mandau & subscripsi: aduersarium non habeo.

## CLXXXV.

Petilianus episcopus dixit: Quoniam profecutio partis aduersae contestata monstratur, aliquos se absentes habere, nos quoque non tacemus, aliquantos nostros multis necessitatibus aut aduersis valetudinibus prapeditos non venisse, aliquantas etiam cathedras nunc esse viduatas, quibus adhuc episcopi ordinati non esse monstrantur. etiam hoc acta contineant. & alia manu: Petilianus episcopus recognoui.

## CLXXXVI.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Quantum ad confirmationem mandati pertinet, sufficit in vtraque parte eorum numerus sacerdotum, qui eidem mandato subscripsisse monstrantur. vnde reliqua perlegantur, superfluis absentum causationibus sequestratis. & recitauit: Quintasius episcopus Vaiensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandau & subscripsi.

Alypius episcopus ecclesie catholice dixit: obliteretur ergo subscriptio absentum. & alia manu: Recognoui. & recitavit: Ianuarius episcopus Lamasbensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandavi & subscripsi. Item recitavit: Felix episcopus Nouasennensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandavi & subscripsi. item recitavit: Martialis episcopus Idicrensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandavi & subscripsi. item recitavit: Gedudus episcopus Vticensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandavi & subscripsi. item recitavit: Vrbanus episcopus Sarafensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandavi & subscripsi. item recitavit: Donatus episcopus Cillitensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandavi & subscripsi. item recitavit: Liberalis episcopus loci Nasaitensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandavi & subscripsi: nec habui aduersarium, nec habeo aduersarium, nec habebo permittente Deo. item recitavit: Maximianus episcopus Ermianensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandavi & subscripsi. item recitavit: Fortunatianus episcopus Vesceritensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandavi & subscripsi. item recitavit: Peregrinus episcopus Sufetensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandavi & subscripsi. item recitavit: Donatus episcopus Merferobitensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandavi & subscripsi. item recitavit: Gauius episcopus Vegeselitensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandavi & subscripsi. item recitavit: Veratianus episcopus Carpitensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandavi & subscripsi qui sum successor Faustianiani, qui in vnitatem veritatis fuerat ordinatus a Donato: postmodum vero temporibus Macarii, illic emerferunt traditores. item recitavit: Gaianus episcopus Tigualensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandavi & subscripsi. item recitavit: Rogatus episcopus Perdicensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandavi & subscripsi. item recitavit: Victorinus episcopus plebis Leptiminensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandavi & subscripsi. item recitavit: Martinianus loci Tibuzabetensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandavi & subscripsi. item recitavit: Quintianus episcopus a Lacudulce. Valentinia-

nus diaconus episcopi Primiani dixit: Male habet. item recitavit: Pelagius episcopus Vanarionensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandavi & subscripsi: aduersarium non habeo. item recitavit: Victorianus episcopus Tibaritenfis. cumque accessisset, idem dixit: Mandavi & subscripsi. item recitavit: Primulianus episcopus Mandasumitenfis. cumque accessisset, idem dixit: Consensi & subscripsi. item recitavit: Fortunatianus episcopus Metenfis. cumque accessisset, idem dixit: Mandavi & subscripsi. item recitavit: Felicianus episcopus Vtinensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandavi & subscripsi. item recitavit: Florentinus episcopus a Tubufubtu. cumque accessisset, idem dixit: Mandavi & subscripsi. item recitavit: Marcus episcopus Midicensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandavi & subscripsi: aduersarium non habeo. Alypius episcopus ecclesie catholice dixit: Vnde es? quae est autem ciuitas tua? Marcus episcopus dixit: Secusta Prura Amidicca. Nouit Melimelimenia Nusata Prura. item recitavit: Donatus episcopus Cresfimenfis. cumque accessisset. idem dixit: Mandavi & subscripsi: aduersarium non habeo. item recitavit: Victorianus episcopus Puppittenfis. cumque accessisset, idem dixit: Mandavi & subscripsi. Item recitavit: Datiuus episcopus Nouapetrenfis. cumque accessisset, idem dixit: Mandavi & subscripsi: & aduersarium non habeo, quia illic est Domnus Marculus, cuius sanguinem Deus exiget in die iudicii. item recitavit: Maximinus episcopus dixit. cumque accessisset, idem dixit: Mandavi & subscripsi. item recitavit: Cresconius episcopus Legensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandavi & subscripsi: aduersarium ibi nec habui, nec habeo. item recitavit: Valentinianus episcopus Inucen. cumque accessisset, idem dixit: Mandavi & subscripsi. item recitavit: Gaudentius episcopus Zertenfis. cumque accessisset, idem dixit: Mandavi & subscripsi: aduersarium non habeo. Aurelius episcopus ecclesie catholice Macomaziensis dixit: Est ibi presbyter catholicorum. Gaudentius episcopus dixit: Non habeo aduersarium in plebe mea. item recitavit: Bonifacius episcopus Vrugitenfis. cumque accessisset, idem dixit: Mandavi & subscripsi. item recitavit: Donatus epi-

ANNO  
 CHRISTI  
 411.

scopus Bamaccorensis. cumque accessisset, idem dixit :  
 Mandauit & subscripsi, & nullum habeo aduersarium in  
 plebe, nisi solum Abeffalonem. Aurelius episcopus ec-  
 clesie catholice Macomadiensis dixit : Hic est episco-  
 pus presens Cassianus. item recitauit : Restitutus episco-  
 pus Drusilianensis. cumque accessisset, idem dixit : Man-  
 dauit & subscripsi. item recitauit : Flauianus episcopus  
 Pauzerensis. cumque accessisset, idem dixit : Mandauit &  
 subscripsi. item recitauit : Clarentius episcopus Tabra-  
 censis. cumque accessisset, idem dixit : Mandauit & sub-  
 scripsi. Item recitauit : Recargentius episcopus Lamig-  
 gigenensis. cumque accessisset, idem dixit : Mandauit & sub-  
 scripsi : aduersarium non habeo. Aurelius episcopus Ma-  
 comadiensis dixit : Illic est Crescentianus presbyter. item  
 recitauit : Pascasius episcopus Tuggensis. cumque acces-  
 sisset, idem dixit : Mandauit & subscripsi. item recitauit :  
 Castus episcopus Cellensis. cumque accessisset, idem di-  
 xit : Mandauit & subscripsi. item recitauit : Aptus episco-  
 pus Tuzuritenensis. cumque accessisset, idem dixit : Man-  
 dauit & subscripsi. item recitauit : Victor episcopus Ro-  
 tariensis. cumque accessisset, idem dixit : Mandauit &  
 subscripsi : aduersarium non habeo. Aurelius episcopus  
 ecclesie catholice Macomadiensis dixit : Episcopum il-  
 lic habuimus : occidistis illum & inuasistis.

CLXXXVIII.

Adeodatus episcopus dixit : Dicit episcopum occi-  
 sum, accuset, doceat, intendat. & alia manu, Adeodatus  
 episcopus recognoui. Aurelius episcopus ecclesie catho-  
 licae Macomadiensis dixit : Et rebaptizauerunt illum ho-  
 minem nonagenarium episcopum. Victor episcopus A-  
 zurenensis ecclesie catholice dixit : Dicit se non habere ?  
 ego ecclesiam illic habeo, quod te non fugit. item reci-  
 tauit : Calipodius episcopus Vazaritanensis. cumque ac-  
 cessisset, idem dixit : Mandauit & subscripsi. item recita-  
 uit : Benenatus episcopus Cazenensis Bastalensis mandauit  
 & subscripsi, & non habeo aduersarium. item recitauit :  
 Honoratus episcopus Adquesirensis. cumque accessisset,  
 idem dixit : Mandauit & subscripsi. item recitauit : Fe-  
 lix episcopus Mazulitanensis. cumque accessisset, idem  
 dixit : Mandauit & subscripsi. item recitauit : Marcianus

episcopus Sitifensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandau & subscripsi. item recitauit: Ianuarius episcopus Numidiensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandau & subscripsi, & traditores non habeo. Fortunatianus episcopus ecclesie catholice Siccensis, dixit: Vnde es? Ianuarius episcopus dixit: Numidia est: Mauretanea est Cæsariensis. Reparatus episcopus ecclesie catholice Sifaitensis dixit: Diocesis mea est, illic presbyterum habeo, illic tecum vigilauit. item recitauit: Campanus episcopus Cincaritenensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandau & subscripsi. item recitauit: Cresconius episcopus Cæsarianensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandau & subscripsi: æmulum non habeo. Nouatus episcopus Sitifensis ecclesie catholice dixit: Habet contra se catholicum presbyterum, clericos abundantes, & populos ex cœtu Donatistarum. hic est presbyter & diaconus, hic in hac ciuitate Carthagine, quem prædauit, quem torfit, quem suspendit: ecclesiam autem catholicam prædauit, pecuniam sustulit, frumenta deportauit, carpenta duxit, vt Noritensis iste, quia est illic ecclesia catholica. Hoc sum profecutus.

## CLXXXIX.

Adeodatus episcopus dixit: Hæc omnia documentis agenda sunt: faciat periculum, qui mendacium in iudicio promit. & alia manu: Adeodatus episcopus recognoui. Nouatus episcopus ecclesie catholice dixit: Iube presbyterum loci intromitti.

## CXC.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Ad præsentem cognitionem ista non pertinent, quæ mihi mandata est: reliquorum subscriptio relegatur. Saluianus episcopus dixit: Nobis præscriptum est dudum, quo dicerent, de episcopis agitur, non de presbyteris.

## CXCI.

Fortunatianus episcopus ecclesie catholice dixit: A nostris partibus propterea respondetur, quia ibi catholica denegatur: Vnde impudentiæ vestræ satisfactū fuisset, præsentia gesta loquentur. & alia manu: Recognoui.

## CXCII.

Adeodatus episcopus dixit: Agimus tibi gratias, quod  
semper

ANNO CHRISTI 411.  
semper facis iniuriam. & alia manu: Adeodatus episcopus recognoui.

CXCIII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Ista in tempus aliud referuentur, nunc quod delegatum est sacro iudicio, peragatur. item recitavit: Felicissimus episcopus Obbensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandavi & subscripsi. item recitavit: Rufinus presbyter pro episcopo meo Iuliano Milensi, subscripsi.

CXCIV.

Fortunatianus episcopus ecclesie catholice dixit: Respondeatur, vtrum pro presente subscripserit. & alia manu: Recognoui.

CXCV.

Adeodatus episcopus dixit: Iulianus aegritudine prepeditur: sed ne videretur aliquo pacto defuisse, presbyterum misit, per quem suam absentiam excusaret: & ipse pro illo subscribit. & alia manu: Recognoui.

CXCVI.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Probabilis & rationabilis excusatio est.

CXCVII.

Fortunatianus episcopus ecclesie catholice dixit: Etiam hoc testatum esse volumus, quia pro absente subscripsit. & alia manu: Recognoui. item recitavit: Optatus episcopus Timicitensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandavi & subscripsi. item recitavit: Victorianus Tigimmentensis episcopus. cumque accessisset, idem dixit: Mandavi & subscripsi. item recitavit: Honorius episcopus Vartanensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandavi & subscripsi. item recitavit: Martinus episcopus Siccesitensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandavi & subscripsi. item recitavit: Vindemius episcopus Acenis. cumque accessisset, idem dixit: Mandavi & subscripsi. item recitavit: Donatus episcopus Tanudaiensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandavi & subscripsi: item recitavit: Possidius episcopus Sililitensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandavi & subscripsi. item recitavit: Reparatus episcopus Aquisensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandavi & subscripsi. item recitavit: Honoratus epi-

scopus Larenfis. cumque accessiffet, idem dixit: Mandau  
 ui & fubfcripsi. item recitauit: Proficientius epifcopus  
 Macomazenfis. cumque accessiffet, idem dixit: Licet  
 non habeam aduerfarium, Mandau & fubfcripsi. For-  
 tunatianus epifcopus ecclefie catholice dixit: De qua  
 Macomadia? Proficientius epifcopus dixit: Ruffiana.  
 Item recitauit: Pafchafius epifcopus Dufitenfis. cumque  
 accessiffet, idem dixit: Mandau & fubfcripsi. item reci-  
 tauit: Antonianus epifcopus Druenfis. cumque accessif-  
 fet, idem dixit: Mandau & fubfcripsi. item recitauit:  
 Ianuarius epifcopus Aquæ Albenfis. cumque accessiffet,  
 idem dixit: Mandau & fubfcripsi. item recitauit: Cre-  
 fcens epifcopus Icofitenfis. cumque accessiffet, idem di-  
 xit: Mandau & fubfcripsi. item recitauit: Pafchafius e-  
 pifcopus Turenfis. cumque accessiffet, idem dixit: Man-  
 dau & fubfcripsi. item recitauit: Victor epifcopus Orien-  
 fis. cumque accessiffet, idem dixit: Mandau & fubfcri-  
 psi. item recitauit: Marcianus epifcopus Tabazagenfis.  
 cumque accessiffet, idem dixit: Mandau & fubfcripsi. i-  
 tem recitauit: Cresconius epifcopus Siguitenfis. cumque  
 accessiffet, idem dixit: Mandau & fubfcripsi. Sicut ad-  
 uerfarium non habeo, fic nunquam habeam. Item reci-  
 tauit: Datiuus epifcopus Vifenfis. cumque accessiffet,  
 idem dixit: Mandau & fubfcripsi. item recitauit: Quod-  
 vultdeus epifcopus Nebbitenfis. cumq; accessiffet, idem  
 dixit: Mandau & fubfcripsi. item recitauit: Constantius  
 epifcopus Rufubiccarienfis. cumque accessiffet, idem di-  
 xit: Mandau & fubfcripsi. item recitauit: Auguftalis e-  
 pifcopus Altiburitenfis. cumque accessiffet, idem dixit:  
 Mandau & fubfcripsi. item recitauit: Saturninus epifco-  
 pus Tamagriftenfis. cumque accessiffet, idem dixit: Man-  
 dau & fubfcripsi: Item recitauit: Simplicius epifcopus  
 Tibilitenfis. cumque accessiffet, idem dixit: Mandau &  
 fubfcripsi: aduerfarium non habeo. Aurelius epifcopus  
 ecclefie catholice Macomadienfis dixit: Ipfe eft epifco-  
 pus, qui rebaptizatus eft, & factus eft Audiens.

## CXC VIII.

Adeodatus epifcopus dixit: Hoc cognitioni feruan-  
 dum eft, agnouit veritatem. item recitauit: Verianus e-  
 pifcopus a Turre alba. cumque accessiffet, idem dixit:

ANNO  
 CHRISTI  
 411.

Mandau & subscripsi. item recitauit: Verissimus episcopus Tacaratensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandau & subscripsi. item recitauit: Seruatus episcopus Amphorenensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandau & subscripsi. item recitauit: Martialis episcopus Vatarbensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandau & subscripsi: aduersarium non habeo. item recitauit: Donatus episcopus Tamascaninensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandau & subscripsi. item recitauit: Quadratianus episcopus plebis Sicilibbensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandau & subscripsi: item recitauit: Saturnus episcopus Sitenensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandau & subscripsi. item recitauit: Iunior episcopus Rufficadiensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandau & subscripsi. item recitauit: Miggin episcopus Edistianensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandau & subscripsi. item recitauit: Fidentius episcopus Dianensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandau & subscripsi. item recitauit: Geminius episcopus Clypiensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandau & subscripsi. item recitauit: Marcianus episcopus Assabensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandau & subscripsi. item recitauit: Rogatianus episcopus a vico Ateri. cumque accessisset, idem dixit: Mandau & subscripsi. item recitauit: Donatus episcopus Bucconienensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandau & subscripsi: aduersarium non habeo. item recitauit: Donatus episcopus Tegulatensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandau & subscripsi. item recitauit: Donatus episcopus Zicensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandau & subscripsi. item recitauit: Felix episcopus Magarmelensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandau & subscripsi. item recitauit: Marcellinus episcopus Mullitenensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandau & subscripsi. item recitauit: Benenatus episcopus a Casis Siluanæ. cumque accessisset, idem dixit: Mandau & subscripsi. item recitauit: Rufinus episcopus Labdensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandau & subscripsi. Item recitauit: Victor episcopus Dionysianensis. Primianus episcopus Carthaginis dixit: Ægrotat. Item recitauit: Benenatus episcopus Mesarfeltenensis. cumque accessisset,



idem dixit: Mandauī & subscripsi: & aduersarium non habeo. Aurelius episcopus ecclesie catholice Macomadiensis dixit: Habes: persecutio tua plurimos ciues euerit: Lucianus ibi fuit episcopus, adhuc ordinari habet. item recitauit: Gloriosus episcopus Migirpensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandauī & subscripsi. item recitauit: Iunianus episcopus Lamiggigensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandauī & subscripsi. item recitauit: Paulus episcopus Siccensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandauī & subscripsi. item recitauit: Felicianus episcopus Aquænouensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandauī & subscripsi. item recitauit: Æmilianus episcopus Verronensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandauī & subscripsi. item recitauit: Secundinus episcopus Vuaziensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandauī & subscripsi. item recitauit: Bellicius episcopus Telleptensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandauī & subscripsi. Item recitauit: Lucius episcopus Habensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandauī & subscripsi. item recitauit: Bebianus episcopus Dufensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandauī & subscripsi. item recitauit: Bonifacius episcopus Vtummenis. cumque accessisset, idem dixit: Mandauī & subscripsi. item recitauit: Restitutus episcopus Membressitenis. cumque accessisset, idem dixit: Mandauī & subscripsi. item recitauit: Cresconius episcopus Aquensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandauī & subscripsi, & traditorem in plebe mea non habeo. Aurelius episcopus ecclesie catholice Macomadiensis dixit: Habemus ibi presbyterum. nam & episcopus ibi fuit, modo defunctus est, & in loco eius necdum est ordinatus. item recitauit: Victor episcopus Curubitenis. cumque accessisset, idem dixit: Mandauī & subscripsi. item recitauit: Satorus episcopus Byzaciensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandauī & subscripsi. item recitauit: Florentinus episcopus Furnitenis. cumque accessisset, idem dixit: Mandauī & subscripsi. item recitauit: Æmilianus episcopus Cafensis Medianensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandauī & subscripsi. item recitauit: Victor episcopus Gratianensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandauī & subscripsi. item recitauit: Lu-

ANNO  
CHRISTI  
411.

culus episcopus ab Hospitiis. cumque accessisset, idem dixit: Mandauit & subscripsi. duo aduersum me habeo, & ordinauerunt modo vnum. item recitauit: Romanus episcopus Lesuitensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandauit & subscripsi. item recitauit: Restitutus episcopus Segermitensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandauit & subscripsi. item recitauit: Cresconius episcopus ab Horrea Aninicensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandauit & subscripsi. item recitauit: Faustinus episcopus Tabaiensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandauit & subscripsi. Item recitauit: Primilianus episcopus Lucimagnensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandauit & subscripsi, aduersarium non habeo. item recitauit: Maximianus episcopus Bennefensis. Primianus episcopus Carthaginis dixit: Hodie exiuit de corpore. Item recitauit: Donatus episcopus Tifeditensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandauit & subscripsi. item recitauit: Urbanus episcopus Talensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandauit & subscripsi. item recitauit: Innocentius episcopus Guzabetensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandauit & subscripsi: aduersarium non habeo. item recitauit: Felix episcopus Tuzummenensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandauit & subscripsi. item recitauit: Leontius episcopus Rusticianensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandauit & subscripsi: aduersarium non habeo. Terentius episcopus ecclesie catholice dixit: Iste rebaptizabat post partem Donati: rebaptizatus est postea, & sic est ordinatus.

CXCIX.

Adeodatus episcopus dixit: Serua partibus quæ competunt. item recitauit: Euasius episcopus Girbitensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandauit & subscripsi.

CC.

Fortunatianus episcopus ecclesie catholice Siccensis dixit: Felix Zummenensis quomodo absens subscribere potuit doceatur. & alia manu: Recognoui.

CCI.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Videtis quid a partibus vestris flagitetur: quæritur enim quis nomine istius qui impræsentiarum videtur minime consti-

tutus subscripserit mandato. Adeodatus episcopus dixit: Expecta, hoc quaeritur. & alia manu: Adeodatus episcopus recognoui. Optatus episcopus dixit: Felix Lambien-  
 sis infirmatur. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Cuius loci Felix episcopus subscripserit, officium aperte demonstret. & recitavit: Felix Zummen-  
 sis. Alypius episcopus ecclesiae catholicae dixit: Subscriptionis falsitatem deprehensam fuisse testatum sit. Et alia manu: Recognoui. Adeodatus episcopus dixit: Hic error est, non falsitas. & alia manu: Recognoui. Alypius episcopus ecclesiae catholicae dixit: Magnus error, nesciuit unde esset. & alia manu: Recognoui. Possidius episcopus ecclesiae catholicae dixit: Quis sub eius nomine subscripserit, saltem hos notarius eorum edicat, ut superius. Alypius episcopus ecclesiae catholicae dixit: Sufficit, non nos praetermisisse ista, ut superius. Petilianus episcopus dixit: Felix quidam Lambien-  
 sis, collega noster, hic aegrotat, sed & alii duo, id est Flavianus & Donatus idem, non mediocri aegritudine retinentur. credo quod alicui mandauerit pro se subscribi ille Felix: & in nomen sedis vel loci factus est error: quem aut simpliciter accipiant, aut facimus huius nominis iacturam. & alia manu: Petilianus episcopus recognoui. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Accepistis persecutionem, quam vobis aestimo posse sufficere. unde patimini ut reliqua perlegantur. & recitavit: Ianuarius episcopus de Tubursicu Numidiarum. cumque accessisset, idem dixit: Mandavi & subscripsi. item recitavit: Securus episcopus Teniten-  
 sis urbis. cumque accessisset, idem dixit: Hic sum, & mandavi & subscripsi: item recitavit: Donatus episcopus Arensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandavi & subscripsi: & traditores in plebe mea non habeo. item recitavit: Marinianus episcopus a Borea. cumque accessisset, idem dixit: Mandavi & subscripsi. item recitavit: Montanus episcopus a Cemeriniano. cumque accessisset, idem dixit: Mandavi & subscripsi: aduersarium non habeo. Fortunatianus episcopus ecclesiae catholicae dixit: Constantinam habemus illic ecclesiam & presbyterum Terentium. item recitavit: Donatianus episcopus Carcabianensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandavi & subscripsi. item recitavit: Iustus

ANNO  
 CHRISTI  
 411.

episcopus Niciben. cumque accessisset, idem dixit: Mandau & subscripsi. Item recitauit: Felix episcopus Tagaraiensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandau & subscripsi. item recitauit: Victor episcopus Eguizetensis, cumque accessisset, idem dixit: Mandau & subscripsi. item recitauit: Ianuarius episcopus Harran. . Celtenfis. cumque accessisset, idem dixit: Mandau & subscripsi. item recitauit: Cresconius episcopus Pudētianensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandau & subscripsi. Traditores vero in plebe mea & omni diœcese mea non habeo. Aurelius episcopus ecclesiæ catholicæ Macomadiensis dixit: Episcopum ibi habebamus Memmianum, reuerentissimum virum, postea alterum Memmianum illi ordinauimus. defuncti sunt, ordinamus aliū. Adeodatus episcopus dixit: Cui? Aurelius episcopus ecclesiæ catholicæ Macomadiēsis dixit: Remotis vobis ordinamus: ipsi deposuerunt basilicas, ipsi tulerunt ornamenta ecclesiæ, ille qui loquitur quatuor basilicas deposuit vno loco. item recitauit: Ianuarius episcopus Aptucensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandau & subscripsi: Victor episcopus ecclesiæ catholicæ Libertinensis dixit: Vnitas est illic, publicam non latet conscientiam. item recitauit: Fidentius episcopus Cullitenfis. cumque accessisset, idem dixit: Mandau & subscripsi. item recitauit: Saturninus episcopus Gazabianensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandau & subscripsi. item recitauit: Vitalis episcopus Masculitenfis. cumque accessisset, idem dixit: Mandau & subscripsi. Aurelius episcopus ecclesiæ catholicæ Macomadiensis dixit: Iste Vitalis diaconus fuit catholicus in ciuitate Sitifensi: rebaptizatus, factus est presbyter: proiectus est causa adulterii, & factus est postea episcopus. Petilianus episcopus dixit: Accusatoris loco stare voluisti. & alia manu: Recognoui. Aurelius episcopus ecclesiæ catholicæ Macomadiensis dixit: Non accusatoris loco, sed purgationis. item recitauit: Rufinus episcopus Turbubitenfis. cumque accessisset: Mandau & subscripsi. item recitauit: Cresconius episcopus Baiesitenfis. cumque accessisset, idem dixit: Mandau & subscripsi. item recitauit: Saturninus episcopus Victorianensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandau & subscripsi. item reci-

tavit: Lucianus episcopus Burugiatis. cumque accessisset, idem dixit: Mandau & subscripsi. item recitavit: Maximus episcopus Abitinensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandau & subscripsi. item recitavit: Victor episcopus Gibbensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandau & subscripsi: item recitavit: Victorianus episcopus Tunusudensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandau & subscripsi, item recitavit: Cresconius Aufugrabensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandau & subscripsi. item recitavit: Fortunatianus episcopus Asemsalensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandau & subscripsi. item recitavit: Salustius episcopus Zertensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandau & subscripsi. item recitavit: Hilarus episcopus Sullitensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandau & subscripsi. & cum recitasset: Victor episcopus Taborensis diocesis. Susceperam quidem mandatum; sed quia beatissimus pater & princeps noster Primianus nunc suscepit, me necesse est mandare his actis. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Voluntatem tuam gesta retinebunt. item recitavit: Argutus episcopus Tabudensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandau & subscripsi. item recitavit: Felix episcopus Manazensis Regionum. cumque accessisset, idem dixit: Mandau & subscripsi. item recitavit: Macrobius episcopus Ipponinensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandau & subscripsi. item recitavit: Maximinus episcopus Vzabirensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandau & subscripsi. Item recitavit: Cresconius episcopus Silemsilensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandau & subscripsi. Traditores non habeo in plebe mea. Aurelius episcopus ecclesie catholice Macomadiensis dixit: Presbyterum habemus qui interuenit.

## CCII.

Adeodatus episcopus dixit: Interuenit, dixisti. si ubique vestros spargere velitis, iam videmini habere nobiscum partem, in his locis ubi Christiani sunt. & alia manu: Recognoui. item recitavit: Gaudentius episcopus Niguzubitensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandau & subscripsi. item recitavit: Cresconius episcopus Sinitensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandau & subscripsi.

scripsi. item recitavit: Curraſius epiſcopus Fiſſanenſis. cumque acceſſiſſet, idem dixit: Mandauſi & ſubſcripſi. item recitavit: Speratus epiſcopus Cataquenſis. cumque acceſſiſſet, idem dixit: Mandauſi & ſubſcripſi. item recitavit: Fortunatus epiſcopus Venſanenſis. cumque acceſſiſſet, idem dixit: Mandauſi & ſubſcripſi. item recitavit: Ianuarius epiſcopus Centurionenſis. cumque acceſſiſſet, idem dixit: Mandauſi & ſubſcripſi. item recitavit: Comparator epiſcopus Maſtaritenſis. cumque acceſſiſſet, idem dixit: Mandauſi & ſubſcripſi. item recitavit: Creſconius epiſcopus Banzarenſis. cumque acceſſiſſet, idem dixit: Mandauſi & ſubſcripſi; traditorem non habeo in plebe mea. item recitavit: Viſtor epiſcopus Hiltenſis. cumque acceſſiſſet, idem dixit: Mandauſi & ſubſcripſi. item recitavit: Viſtor epiſcopus Titulitenſis. cumque acceſſiſſet, idem dixit: Mandauſi & ſubſcripſi. item recitavit: Felix epiſcopus Voſeten. cumque acceſſiſſet, idem dixit: Mandauſi & ſubſcripſi.

CCIII.

Palatinus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit: Diaconus fuit & rebaptizatus eſt. Adeodatus epiſcopus dixit: Serua partibus quæ competunt. & alia manu: Adeodatus epiſcopus recognoui. item recitavit: Rogatus epiſcopus Zaraitenſis. cumque acceſſiſſet, idem dixit: Mandauſi & ſubſcripſi. Creſconius epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit: Diaconus catholicus erat, & rebaptizatus eſt. Adeodatus epiſcopus dixit: Serua partibus quæ competunt. item recitavit: Maximinus epiſcopus Tuburbitenſis. cumque acceſſiſſet, idem dixit: Mandauſi & ſubſcripſi. item recitavit: Donatus epiſcopus a Medianas Zabunior. cumque acceſſiſſet, idem dixit: Mandauſi & ſubſcripſi.

CCIV.

Viſtor epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit: Probet ſe acceſſiſſe ad vnã domum quam dicit. Nouatus epiſcopus eccleſiæ catholicæ Sitifi dixit: Scriptum ſit me Medianas Zabunior. habere preſbyterum: ipſe hodie tenet plebem & baſilicam: vnitatem habeo, nullus illic eſt Donatiſtarum. Supra corpus epiſcopi catholici preſbyterum ordinaui, & Deo volente ordinabitur illic epiſcopus: epiſcopus autem Donatiſtarum in eodem loco non eſt.

Adeodatus episcopus dixit: Contra hæc serua quæ competunt. & alia manu: Adeodatus episcopus recognoui.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Quæ partibus competunt, salua erunt. item recitauit: Felix episcopus Vzalenfis. cumque accessisset, idem dixit: Mandauit & subscripsi. item recitauit: Seruandus episcopus Casis Fauensibus. cumque accessisset, idem dixit: Mandauit & subscripsi: traditorem non habeo. item recitauit: Felix episcopus Putiensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandauit & subscripsi.

## CCV.

Petilianus episcopus dixit: De mandato constet, non de causa, quæ postea est ventilanda. & alia manu: Petilianus episcopus recognoui.

## CCVI.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Ista frequentius interlocutus sum, superflue in his creditis immorandum. item recitauit: Messianus episcopus Seleucianensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandauit & subscripsi. item recitauit: Liberantius episcopus Tifanienensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandauit & subscripsi. item recitauit: Cresconius episcopus Aduocatenfis. cumque accessisset, idem dixit: Mandauit & subscripsi. item recitauit: Donatus episcopus Scillitenfis. cumque accessisset, idem dixit: Mandauit & subscripsi. item recitauit: Vrbanus episcopus Bicensfis. cumque accessisset, idem dixit: Mandauit & subscripsi. item recitauit: Victorinus episcopus Adrumetensfis. cumque accessisset, idem dixit: Mandauit & subscripsi. item recitauit: Maximus episcopus Canianensfis. cumque accessisset, idem dixit: Mandauit & subscripsi. item recitauit: Ampelius episcopus Neapolitanus. cumque accessisset, idem dixit: Mandauit & subscripsi. item recitauit: Maximus episcopus Macrensfis. cumque accessisset, idem dixit: Mandauit & subscripsi. item recitauit: Idaxius episcopus Muzucensfis. cumque accessisset, idem dixit: Mandauit & subscripsi. item recitauit: Restitutus episcopus Flumenpiscensfis. cumque accessisset, idem dixit: Mandauit & subscripsi. item recitauit: Tertullus episcopus Cilibiensfis. cumque accessisset, idem dixit: Mandauit & subscripsi. Ia-

ANNO  
CHRISTI  
411.

nuarius episcopus Narenfis. cumque accessisset, idem dixit: Mandauī & subscripsi. Item recitauit: Honoratus episcopus Tufdritensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandauī & subscripsi. item recitauit: Crescentilianus episcopus Lambiritensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandauī & subscripsi, & profiteor me traditores non habere. Aurelius episcopus ecclesie catholice Macomadiensis dixit: Superflue profiteris: episcopus ibi fuit, proxime defunctus est, ordinandus erit illic alius. item recitauit: Habet deum episcopus Aurufulianensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandauī & subscripsi. item recitauit: Burcaton episcopus Gemellensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandauī & subscripsi: traditorem non habeo, nec vnquam habui. item recitauit: Ianuarius episcopus Betagbarenfis. cumq; accessisset, idem dixit: Mandauī & subscripsi. item recitauit: Donatianus episcopus Lamzellensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandauī & subscripsi: traditorem autem nec habeo, nec habui, nec habiturus sum. Aurelius episcopus ecclesie catholice Macomadiensis dixit: Rufus episcopus ibi fuit noster, Lamzelli in basilica nostra positus est Gildo. scriptum sit, dum expectatur electio. Ceterum in nomine Christi ordinabitur illic episcopus. item recitauit: Celer episcopus Capsensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandauī & subscripsi. item recitauit: Cresconius episcopus Mustitensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandauī. item recitauit: Donatus episcopus Tubursicensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandauī & subscripsi. item recitauit: Quodvult deus episcopus Cessitensis.

CCVII.

Petilianus episcopus dixit: In itinere defecit. & alia manu: Petilianus episcopus recognoui. Fortunatianus episcopus ecclesie catholice dixit: Qui in itinere dicitur defecisse, quemadmodum inuenitur subscripsisse doceatur. & alia manu: Recognoui. Petilianus episcopus dixit: Non de ipso dictum est, calumniose agis: de altero suggestum est. & alia manu: Petilianus episcopus recognoui. Fortunatianus episcopus ecclesie catholice dixit: De quo? Petilianus episcopus dixit: Qui decessit in via. & alia manu: Vt superius. Alypius episcopus ecclesie catho-

Concil. Tom. 4.

Gg ij



licæ dixit: Recitentur nomina, vt eadem agnoscat. & alia manu: Recognoui. Fortunatianus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Si in via defecit, quomodo subscripsit? & alia manu: Recognoui. Aurelius episcopus ecclesiæ catholicæ Carthaginis dixit: Clericus pro mortuo subscripsit. & alia manu: Recognoui. Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Eligat sibi, vt ostendam quomodo mentiat. & alia manu: Recognoui. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Doceatur quomodo is qui in itinere dicitur defecisse, subscripserit. Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Recitetur vtrum clericus ex nomine suo subscripserit, an ex nomine defuncti. & alia manu: Recognoui. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Recitetur, cuius nomine subscripserit qui in itinere dicitur defecisse. & recitauit: Quod vult deus episcopus Gessitensis æger subscripsi. Fortunatianus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Aduertit nobilitas tua, nullius clerici nomen pro defuncti nomine subscripsisse, sed tamquam viui mortui nobis qui in via iuxta eorum professionem dicitur defecisse, subscriptionem obtulisse. & alia manu: Recognoui. Petilianus episcopus dixit: Quid si & iste moriatur, qui æger subscripsit? quasi hodie non vnus defecit. & alia manu: Petilianus episcopus recognoui. Aurelius episcopus ecclesiæ catholicæ Carthaginis dixit: Sed in itinere defecisse dixisti. & alia manu: Recognoui. Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Sufficiunt ista deprehensa, cetera subsequantur. & alia manu: Recognoui. Petilianus episcopus dixit: Nihil reprehendisti, argumentaris contra veritatem. & alia manu: Petilianus episcopus recognoui. Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Tu dixisti. & alia manu: Recognoui. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Si verum est, vt asseritis, quod in itinere defecit, constat eius subscriptionem falsissime recitatam: sin vero ipse subscripsit, non potuit in itinere deperire. Petilianus episcopus dixit: Non est humanum mori? non etiam morientes testamentis suis subscribunt? & alia manu: Petilianus episcopus recognoui. Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Humanitatis est mori, sed inhumanitatis est fallere. & alia manu... Petilianus episcopus dixit:

ANNO  
CHRISTI  
411.

Non est hoc fallere, quia potuit reuertens in itinere mori. mandatum adhuc modo accipio, dico quod moueat. & alia manu: Petilianus episcopus recognoui. Fortunatianus episcopus ecclesie catholice dixit: Mandatorum dies prolatus a partibus recitetur, vt appareat de nomine defuncti, quæ pars in mendacium profilierit. & alia manu: Recognoui. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Mandati diem pandat officium. Rufinianus scriba dixit: Recitato sicut præcepit sublimitas tua die mandati. & recitauit: Post consulatum Varanis viri clarissimi octauo Kalendas Iunias Carthagine. & cum recitasset, Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Cetera perlegantur. Rufinianus scriba recitauit: Ianuarianus, Primianus, Felix, Donatus, Candorius, Optatus, Antonianus, Donatianus, Victorianus, Fortis, & ceteri; Primiano, Petiliano, Emerito, Protasio, Montano, Gaudentio, Adeodato coepiscopis nostris præsentibus salutem. Et recitauit: Aurelius episcopus ecclesie catholice dixit: Iamdudum ipse subscripsit, modo dixit clericus subscripsit, modo episcopus. & cum diceret, alia manu: Recognoui: Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Aduertitis, præsentibus peragendi negotii dedisse mandatum. Quomodo igitur hic qui præsens in hac vrbe se inter ceteros sine dubio mandasse professus est, & in itinere dicitur defecisse, & in hac vrbe subscripsisse mandato? Adeodatus episcopus dixit: Octo dies emensi sunt, vt mandatum confectum est. is qui mandauit, de cuius nomine nunc agitur, cum ægrotare cœpisset, ad propria remeans, in itinere defecit. & alia manu: Adeodatus episcopus recognoui. Vincentius episcopus ecclesie catholice dixit: Dicat quo in loco defecit. & alia manu: Recognoui. Adeodatus episcopus dixit: Non noui locum. & alia manu: Vt superius. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Quonia probabilis est vestræ sanctitatis prosecutio, qua eum hic fuisse & ægrum ad propria remeantem defecisse testaris, saltem hoc docere te cõuenit, vt vtrum in hac vrbe fuerit sub Dei testificatione designes. Fortunatianus episcopus ecclesie catholice dixit: Si præcipit sublimitas tua, Petiliani viri grauissimi prosecutio recitetur, vt ex lectione

cognoscant vniuersi, quam non vere nunc dicatur eum repedantem de Carthagine in itinere defecisse, quia aliter eum eius profecutio demonstraui. & alia manu: Recognoui. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Legatur profecutio postulata: cumque ex codice legeretur, Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Nihil mihi videtur amplius de hac parte quærendum, nisi vt sub testificatione diuina vtrum hic præsens fuerit de quo agitur, simplici professione pandatur. Emeritus episcopus dixit: Quid si se alius pro eodem opposuit? & alia manu: Emeritus episcopus recognoui.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: De hoc Dei erit, etiam sine sacramenti interpositione, circa fallentes omni ex parte iudiciū. vnde reliqua subscribentium nomina relegantur. & recitauit: Quod vult deus episcopus Voliten. cumque accessisset, idem dixit: Mandauit & subscripsi. item recitauit: Donatus episcopus Atturren. Rutunda. idem dixit: Mandauit & subscripsi. item recitauit: Victorius episcopus Selendetensis. Crescentianus episcopus dixit: Hic est, ægrotat. item recitauit: Crescentianus episcopus Ammederensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandauit & subscripsi. item recitauit: Felix episcopus Bullensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandauit & subscripsi. item recitauit: Cresconius episcopus a Cibaliana. cumque accessisset, idem dixit: Mandauit & subscripsi: item recitauit: Iurata episcopus a Turre Tamallen. cumque accessisset, idem dixit: Mandauit & subscripsi. item recitauit: Liberalis episcopus Milidien. cumque accessisset, idem dixit: Mandauit & subscripsi. item recitauit: Donatus episcopus Auzageren. cumque accessisset, idem dixit: Mandauit & subscripsi. item recitauit: Victor episcopus Villaregensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandauit & subscripsi. item recitauit: Donatus episcopus Buzen. cumque accessisset, idem dixit: Mandauit & subscripsi. item recitauit: Lucius episcopus Tamallen. cumque accessisset, idem dixit: Mandauit & subscripsi. item recitauit: Quintus episcopus Tagaratensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandauit & subscripsi. item recitauit: Datianus episcopus Teleptensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandauit & subscripsi. item recitauit: Megafius

ANNO  
CHRISTI  
411.

ANNO  
CHRISTI  
411.

episcopus Tucaborensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandau & subscripsi. item recitauit: Honoratus episcopus Immitensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandau & subscripsi. item recitauit: Vitalis episcopus Virensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandau & subscripsi. item recitauit: Plutianus episcopus Masilianensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandau & subscripsi. item recitauit: Faustinus episcopus Naraggaritensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandau & subscripsi. item recitauit: Felicianus episcopus Viltensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandau & subscripsi. item recitauit: Felix episcopus Boncarensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandau & subscripsi. item recitauit: Felix episcopus Telenis. cumque accessisset, idem dixit: Mandau & subscripsi, item recitauit: Secundus episcopus Arensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandau & subscripsi; aduersarium in plebe mea non habeo. item recitauit: Iulianus episcopus Tignicensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandau & subscripsi: item recitauit: Splendonius episcopus Mutigennensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandau & subscripsi. item recitauit: Serenianus episcopus Mammilensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandau & subscripsi: item recitauit: Saluianus episcopus Leptit. cumque accessisset, idem dixit: Mandau & subscripsi. item recitauit: Reparatus episcopus Vindensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandau & subscripsi. item recitauit: Leontius episcopus Præsidensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandau & subscripsi. item recitauit: Titianus episcopus Sufetulensis, cumque accessisset, idem dixit: Mandau & subscripsi. item recitauit: Nestorius episcopus Malianensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandau & subscripsi. item recitauit: Donatus episcopus Ancusensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandau & subscripsi. item recitauit: Flauus episcopus Cissitensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandau & subscripsi. item recitauit: Maximinus episcopus Turreblansis. cumque accessisset, idem dixit: Mandau & subscripsi. item recitauit: Miggin episcopus Vagalitensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandau & subscripsi. item recitauit: Donatianus episcopus Capsen-

ANNO CHRISTI 411.

sis. cumque accessisset, idem dixit: Mandavi & subscripsi. item recitavit: Marcianus episcopus Cebarfuffensis. cumque accessisset, idem dixit: Licet aduersarium non habeam, tamen mandavi & subscripsi. item recitavit: Restitutus episcopus Laritensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandavi & subscripsi. item recitavit: Victorinianus episcopus Aquensis. cumque accessisset, idem dixit: Mandavi & subscripsi. Asellicus episcopus ecclesie catholice municipii Tusurritensis dixit: Sub testificatione omnipotentis Dei, & Iesu Christi saluatoris nostri, dico nos sic esse de Arzugibus profectos, die tertio Kalendarum Maiarum: presbyter fuit, non episcopus: in via ordinatus est, sed hac factione qua valet est illic episcopus, in adulterio detectus. adhuc pendet cognitio.

## CCVIII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Episcopum sufficit ordinatum. Hac parte transita, reliqua percurrat officium. & recitavit: Faustinus episcopus Nationensis. cumque accessisset, idem dixit: Aduersarium non habeo, mandavi & subscripsi. item recitavit: Marcianus episcopus.... Eminentius episcopus in itinere remansit: Felix Nouasinnensis subscripsi pro eo. Alypius episcopus ecclesie catholice dixit: Quomodo presentibus mandauerunt? Felix Nouasinnensis episcopus dixit: Ipse me rogauit in itinere, & ego pro ipso subscripsi.

## CCIX.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Licet hoc lectum atque dictum sit, quod presentibus mandauerunt, tamen ne mora superflua conteratur, reliqua percurrat officium. & recitavit: Martialis episcopus Idicricensis pro Felice Garbenfi & Iusto Formensi, qui in itinere causa infirmitatis detenti sunt, pro eis subscripsi. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Etiam hoc superiori constat esse consimile: & adiecit: Aliud recitetur. Marcianus episcopus ecclesie catholice dixit: Felix episcopus Garbensis de domo sua non exiit. & recitavit: Cresconius episcopus Sigguitanae dixit: Gaudentius collega noster, episcopus loci Tigisitenensis, infirmitatis causa in itinere remansit: pro eo subscripsi.

CCX.

Fortunatianus episcopus ecclesie catholice dixit: Testatum sit actis sublimitatis tue, ideo hac fieri ut maior videatur eorum numerus episcoporum: quamuis nec sic catholicis possit æquari. & alia manu: Recognoui. Item recitauit: Donatus episcopus Sucardensis. Marinianus episcopus dixit: Hic est, in ciuitate, sed ægrotat.

CCXI.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Ut statui, lecta in seriem referentur actorum. Quoteni autem sint vtriusque partis episcopi, quorum subscriptio recitata est, cancelatim pandat officium.

CCXII.

Alypius episcopus ecclesie catholice dixit: Adhuc sunt presentes collega nostri, qui subscriptiones suas mandato non indiderunt; occupati enim fuerant, vel infirmitate vel necessitate, vel etiam postea superuenerunt. ii etiam iube ut cogniti accedant. & alia manu: Recognoui.

CCXIII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Interim eorum numerus, qui subscripserunt, ab officio demonstratur. Rufinianus scriba dixit: Excepta ea pagina que errorem habet in subscriptione Donatistarum, inuenimus nomina contineri. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Ipsa autem pagina quot nominibus continetur? Alypius episcopus ecclesie catholice dixit: Sed annumeratis etiam absentibus. & cum diceret, & alia manu: Recognoui. Rufinianus scriba dixit: Sex, ac sic efficiuntur omnes ducenti septuaginta nouem.

CCXIV.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Alterius quoque partis quot episcopi recitati sunt, intimetur. Rufinianus scriba dixit: Catholice partis episcopi secundum subscriptionem huic breui insertam, efficiuntur ducenti sexaginta sex, exceptis his quos dicunt necdum subscripsisse.

CCXV.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Nunc quot sunt ii, quos subscripsisse testantur, edicere non mo-

rentur. Alypius episcopus ecclesie catholice dixit: Trans-  
 eant, & cognoscantur, viginti sunt. & alia manu: Re-  
 cognoui. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit:  
 Ergo si adfunt, suam debent singuli demonstrare pre-  
 sentiam. Cumque Apronianus episcopus accessisset,  
 Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Cuius es  
 ciuitatis episcopus? Apronianus episcopus ecclesie ca-  
 tholice dixit: Mazacensis. Marcellinus v. c. tribunus &  
 notarius dixit: Mandato cui per absentiam non subscri-  
 psisti consentis? Apronianus episcopus ecclesie catho-  
 licæ Mazacensis dixit: Consentio. item & accedente  
 Maximino Suffeto episcopo, Marcellinus v. c. tribunus  
 & notarius dixit: Consentis tu quoque mandato? idem  
 dixit: Consentio & mando. Item accedente Victore e-  
 piscopo Aiurenfi, idem dixit: Mando & consentio. I-  
 tem accedente Felice episcopo Ficense, idem dixit: Man-  
 do & consentio. Item accedente Felice episcopo Ma-  
 crianensi, idem dixit: Mando & consentio. Item acce-  
 dente Lucio episcopo Oliuensi, idem dixit: Mando &  
 consentio. Item accedente Tertulliano episcopo Hire-  
 nensi, idem dixit: Mando & consentio. Item acceden-  
 te Ioanne Gummitensi episcopo, idem dixit: Mando &  
 consentio. Item accedente Ampelio Vagense, idem di-  
 xit: Mando & consentio. Item accedente Primulio e-  
 piscopo Vagense, idem dixit: Mando & consentio. Aly-  
 pius episcopus ecclesie catholice dixit: Diu obseruauit  
 Seuerus, sed nunc infirmitate discessit. Item, accedente  
 Regino episcopo Tigillabensi, idem dixit: Mando & con-  
 sentio. Alypius episcopus ecclesie catholice dixit: Del-  
 finus episcopus hic est, sed infirmitate detinetur. Nam &  
 Faustianus episcopus Ruficcadensis hic est, in hac ci-  
 uitate, sed male habet, & Felix Sertirtensis pedem dolet.  
 Item accedente Victore episcopo Abitinensi, idem di-  
 xit: Mando & consentio. Item accedente Aenea episco-  
 po a Turburnit. idem dixit: Mando & consentio. Item  
 accedente Annibonio episcopo Abbiritensi, idem dixit:  
 Mando & consentio. Item accedente Felice episcopo  
 Nouensi, idem dixit: Mando & consentio. item acce-  
 dente Argyrio Sitipensi, idem dixit: Mando & consentio.  
 Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Quot sunt

ANNO  
CHRISTI  
411

isti quorum professio nunc processit, edicat officium. Nampius scriba dixit: Viginti sunt. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Omnium episcoporum partis vtriusque claruit & certa esse mandata, & firmas ad stare personas. Et ideo debent egredientes reliqui eis iam præstare secretum, quibus omne negotium crediderunt. Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Scriptum sit ducentos viginti esse absentes, quos aut infirmitas, aut atas, aut certe necessitas detinuit. & alia manu: Recognoui. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Scriptum erit. Petilianus episcopus dixit: Scriptum sit multo plures absentes esse, & iam cathedras viduatas, quibus episcopi ordinandi sunt. & alia manu: Vt superius. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Hoc quoque gesta retinebunt. Fortunatianus episcopus ecclesiæ catholicæ Siccensis dixit: Quia de viduatis cathedris dixit sanctissimus Petilianus, nos quoque sexaginta quatuor vacuas habere his gestis intimamus. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Etiam hoc hæret publicis monumentis, & alii exeant. Quibus egressis,

CCXVIII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Vtrum ii tantum adsint qui a partibus secundum imperiale præceptum electi esse noscuntur, edicat officium. Rufinianus scriba dixit: Partis ecclesiæ catholicæ secundum formam edicti tot stant, id est, decem & octo, id est, septem actores, septem consilarii, & quatuor ad chartas. Etiam ex parte Donati adsint decem & octo, septem actores, septem consilarii, & quatuor ad chartas.

CCXIX.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Edicat officium, quantum diei iam videatur emensum. Rufinianus scriba dixit: Exemptæ sunt horæ vndecim diei.

CCXX.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Quoniam diei pene omnem partem constat emensam, idcirco vtrum ex communi consensu negotium differri placeat, intimetur. Ab vtrisque partibus dictum est, Placet: quoniam iam iste dies videtur emensus.



## CCXXI.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: In quem diem hæc ipsa comperendinatio differatur, pars vtraque designet.

## CCXXII.

Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Sicut editum nobilitatis tuæ præscripsit, crastino intermisso, propter descriptionem schedarum, perendie, si præcipis, obseruabimus. & alia manu: Recognoui. Adeodatus episcopus dixit: Etiam nos consentimus, vt perendino die negotium peragatur. & alia manu: Adeodatus episcopus recognoui.

## CCXXIII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Sicut partibus placuit, interiecto die negotium repetetur. illud autem vtræque partes obseruare debebunt, vt designatos custodes exceptoribus atque codicibus in describendis schedis inuigilare faciant, quatenus fideliter omnia conscribantur. Alios quoque binos, vt quaterni sint, sicut dispositum est, his qui nuper exceperunt, adhibete custodes.

## CCXXIV.

Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Alii duo præsentés sunt, sicut iam & officium suggessit, id est, fratres nostri Leo & Asterius. & alia manu: Recognoui. Primianus episcopus dixit: Damus etiam nos custodes tabularum quatuor. Duos iam dedimus, duos nunc subrogamus, id est, Veratianum & Victorem, præsentés collegas nostros. & alia manu: Petilianus episcopus recognoui. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Etiam istis aduersantibus, id quod postea exceptum est, signatis nunc tabulis crastino describetur. & alia manu: Edantur. Item alia manu: Hilarus & Martialis exceptores edicimus.

GESTA  
 SECVNDÆ COGNITIONIS  
 CVM EDICTO.

**F**LAVIUS Marcellinus v. c. & spectabilis tribunus & notarius dixit: Omnium conscientia retinetur, id me dudum edicto proposito fuisse pollicitum, vt quidquid inter vtriusque partis episcopos ageretur, subinde in publicam notitiam perueniret. Vnde ea quæ interim gesta sunt, sanctitati vestræ demonstrare curavi, quatenus habiti partem conflictus etiam oculis iudicetis. & alia manu: Proponatur.

I.

Post consulatum Varanis v. c. tertio Nonas Iunias in secretario thermarum Gargilianarum Carthagini, astantibus, Sebastiano, Maximiano & Petro, viris deuotissimis protectoribus domesticis, Vrso, Petronio & Liboso ducenariis, sed & Bonifacio & Euasio apparitoribus illustrium atque eminentium potestatum, Fileto apparitore illustris comitiæ sedis, Exitioso adiutore cornicularii, Possidio, Quodvultdeus & Colonico adiutoribus commentariorum officii domini nostri v. c. & spectabilis proconsulis, Nauigio adiutore numerorum domini nostri v. c. & spectabilis vicarii, Nampio scriba officii v. c. legati almæ Carthaginis, Rufiniano scriba v. c. curatoris celsæ Carthaginis, excipientibus etiam Hilario & Prætextato exceptoribus domini nostri v. c. & spectabilis proconsulis, Fabio exceptore domini nostri v. c. & spectabilis vicarii, & Romulo exceptore v. c. legati almæ Carthaginis, excipientibus quoque Ianuario & Vitale notariis ecclesiæ catholice, Victore & Cresconio notariis ecclesiæ Donatistarum, Libosus ducenarius illustrium potestatum dixit: Quoniam in hodiernum diem comperendinata cognitio est, & pro velo sunt vtriusque partis episcopi, si iubet sublimitas tua, intromittentur.

II.

Flavius Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Veniant, & ingressis Aurelio, Alypio, Augustino, Vin-

Hh iij

centio, Fortunato, Fortunatiano, Possidio, Nouato, Florentio, Maurentio, Prisco, Sereniano, Bonifacio, Scillacio, Deuterio, Leone, Asterio, & Restituto episcopis ecclesiæ catholicæ; ingressis etiam ex alio latere, Primiano, Petiliano, Emerito, Protasio, Montano, Gauden-  
 tio, Adeodato episcopis partis Donati:

## III.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Et superiore iudicio saepe me obtulisse certissimum est, & nunc deprecor vt sedere dignemini. Cumque catholici episcopi confedissent, Petilianus episcopus dixit: Quod priore iudicio factum non est, facere non audemus. & alia manu: Petilianus episcopus recognoui.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Licet & superiore iudicio me obtulisse meminerim, tamen illa arbitròr tunc minime factum esse ratione, quia multis sacerdotibus conuenientibus, locus considendi esse non poterat. Vnde quia nunc definitas video conuenisse personas, deprecor vt vel nunc sedere dignemini.

## IV.

Petilianus episcopus dixit: Patribus nostris absentibus non sedemus, maxime cum lege diuina confessus prohibeatur; ne cum huiusmodi aduersariis nostris confidere velimus. & alia manu: Petilianus episcopus recognoui.

## V.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Si petitionem meam sanctitas vestra audire neglexit, vt confidere dignaretur, hoc mihi extorqueri non poterit, quominus stando cognoscam. Cumque episcopi catholici surrexissent, atque sessus iudicis auferretur, eiusdem iudicis iussione, & dominus v. c. tribunus & notarius stetit:

## VI.

Petilianus episcopus dixit: Scriptum sit, hoc tuæ voluntatis esse, non nostræ. alia manu: Petilianus episcopus recognoui.

## VII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Decet me vobis stantibus habere huiusmodi voluntatem, quæ ad reuerentiam tantorum pertinet sacerdotum. Petilianus

episcopus dixit : Honorifice feceris. & alia manu : Petilianus episcopus recognoui.

VIII.

Martialis exceptor dixit : Cuiusmodi notoriam episcopi hesternum die nobilitati tuæ obtulerint, hanc in manibus habemus : si præcipit nobilitas tua, recitamus.

IX.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit : Ne quid celatum parti alteri videatur, recitetur.

X.

Petilianus episcopus dixit : Episcopos nos veritatis Christi Domini nostri, & dicimus, & sæpe actis publicis dictum est. Donatum autem sanctæ memoriæ, martyrialis gloriæ virum, in præcessorem scilicet nostrum, ornamentum ecclesiæ istius ciuitatis, loco suo meritoque veneramus. & alia manu : Petilianus episcopus recognoui.

XI.

Possidius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit : Episcopos veritatis probare opus est, non iactare. & alia manu : Recognoui.

XII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit : Vtrarumque partium prosecutiones gesta retinebunt, & adiecit : Quod præceptum est, recitetur. Martialis exceptor recitauit : Post consulatum Varanis v. c. quarto Nonas Iunii, Flauio Marcellino v. c. & spectabili tribuno & notario, Primianus, Petilianus, Emeritus, Protasius, Montanus, Gaudentius episcopi & defensores ecclesiæ veritatis, per notoriam hæc dicunt : Hesternum die Kalendis Ianuariis inter nos & aduersarios nostros spectabilitas tua audire dignata est. Et quoniam euoluto pene die partibus patientiam præbens, aliquanta, quæ principia negotii fuerant, audire dignatus es, opusque est ad causam, vt mandatum quod aduersarii nostri obtulerunt, nobis in notitiam perferatur, quoniam series actorum propter sui prolixitatem non potest explicari, ne imparati ad iudicium venire videamur, id mandatum quod aduersarii nostri legendum dederunt, in exemplaribus nobis hodie, quod est quarto Nonarum die Iuniarum, dari præ-

cipias, vt instructi negotio nobis iniuncto adesse valeamus. & alia manu: Primianus episcopus huic notoriæ subscripti, quarto Nonas Iunias Carthagini. Flavius Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Quoniam ea quæ instructionis gratia postulantur concedi debere perspicuum est, vt nulla cognitionem futuram morarum impedimenta suspendant; mandatum a catholicis episcopis datum, sub ea quæ cominus constituta est custodum asseruatione descriptum, vobis tradere maturabit officium. cumque recitasset,

## XIII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Lecta gestis indentur: & adiecit: Quoniam inter multas conditiones, de quibus superiore iudicio definitum est, vna illam constat fuisse dilatam, vt sicut ego interlocutionibus meis, ita prosecutionibus suis vnusquisque subscriberet, quid de hoc videatur sanctitati vestræ debetis edicere.

## XIV.

Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Nos in hoc consensisse, literis nostris expressimus. & alia manu: Recognoui.

## XV.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Quid etiam voluntas partis alterius habeat, intimetur.

## XVI.

Petilianus episcopus dixit: Multum nos sollicitos facit, quod de nobis id quæritur, idque præcipimur facere, quod vsus nunquam habere consuevit. & alia manu: Petilianus episcopus recognoui.

## XVII.

Fortunatianus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Testatum sit partem aduersam noluisse, quod edicto nobilitatis tuæ publicatum est. & alia manu: Recognoui.

## XVIII.

Petilianus episcopus dixit: Testatum sit vos adhuc ecclesias plerasque non reddidisse, nec fecisse satis priori eius edicto. & alia manu: Vt superius.

## XIX.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Ergo ad  
inte-

integram gestorum fidem contenta est sanctitas vestra custodibus ab vtraque parte delectis, qui notariis & exceptoribus videntur appositi.

XX.

Petilianus episcopus dixit: Edantur nobis primitus gesta, tunc respondebimus. & alia manu: Petilianus episcopus recognoui.

XXI.

Alypius episcopus ecclesie catholice dixit: Dubitatur ergo vel de fide officii, vel de fide custodum. & alia manu: Recognoui.

XXII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Ad hoc etiam consensisse sanctitatem vestram, superiorum gestorum fides euidenter ostendit.

XXIII.

Petilianus episcopus dixit: Legamus & recenseamus: & alia manu: Vt superius.

XXIV.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Et de custodibus ab vtraque parte delectis, & ad quam partem fuerit dilata cognitio, ab officio recitetur.

XXV.

Emeritus episcopus dixit: Si iubes. Petilianus episcopus dixit: Edantur nobis primitus gesta, relegantur a nobis, recenseantur verba nostra, & aduersariorum instructio. sic legibus semper concessa hæc est humanitas rerum. & alia manu: Emeritus episcopus recognoui.

XXVI.

Fortunatianus episcopus ecclesie catholice dixit: Quamuis recens actio nullum potuerit præterire, tamen ex hoc sensus nobilitatis tue volumus esse edoctos, vt intelligantur iam dilatione quadam ad causæ negotium nolle venire. & alia manu: Recognoui.

XXVII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Legatur quod præcepi, vt nouerim ad quem articulum sit delata cognitio. Emeritus episcopus dixit: Si iubes, ad hoc competit mihi. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Age.

## XXVIII.

Emeritus episcopus dixit: Sunt quidem humana ingenia ita velocitate sui prompta, ut vel visu, vel auditu facili cuncta capiant, quæ in eorum notitiam perferuntur: sed hoc doctis forte aut eruditis viris pro rei ipsius qualitate permixtum sit; me autem ad hanc rem minus idoneum esse profiteor. Quis enim leuem vocem & facilem sermonem ipso pene apice transeunte, aut sensu retinere aut concipere potest, vir nobilis? cum ad tractatum omnem disceptationemque & verba & sensus & interiora sint negotii pertractanda. ergo cum de scheda legitur, & leues voces aura quodammodo ventilantur, sensus nostri capere & retinere non possunt. Vbi hoc, aut cui concessum est? si hac felicitate ingenii gaudent, non se iactent de arrogantia memoriæ suæ. Mihi autem non competit nisi sapius repetere, & diuturna lectione edoceri, ut fidem veri & quæ dixerim, relegam, & quæ aduersarius obiecit, aduertam. Intelligis ita rem esse gestorum, adeo memoriæ scripturarum per literas digeruntur, ne sola memoria, quæ capax esse non potest, obliuione decepta quid gesserit, nesciat. Neque enim aliter sapientia prouidente scripturarum notitia monumentisque publicis prouisa est, nisi ut ex lectione quæ per silentium forte, aut per longum tempus, aut per ipsorum actuum continuationem, minus capiam quod minus intelligi potest, & ex lectione, & ex ipso assiduo tractatu possit agnosci, quid sit iudicio ventilatum. Vides ergo, vir nobilis, iusta nos deposcere, nec per transitum causam debere ventilari, sed editis gestis in notitiam nostram datis, vniuersis pertractatis, causam debere cognoscere. & alia manu: Ut superius.

## XXIX.

Possidius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Scriptum est, *Ex multiloquio non effugies peccatum.* Hoc quoniam nos ante oculos habemus, Deo inspirante verbosi videri nolumus. Itaque, si placet, ad causam veniatur quæ proxime agi potuerit, & definiri. moratorias autem prosecutiones. & cum diceret. & alia manu: Recognoui.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Legatur quod præcepi.

XXX.

Emeritus episcopus dixit: Sicut de scriptura proposuit, scriptum est nobis: *Sapientia abscondita, thesaurus inuisus, quæ utilitas in utroque?* & alia manu: Emeritus episcopus recognoui. *Ecl. 20.*

XXXI.

Possidius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: In multiloquio nunquam fuit sapientia. & alia manu: Recognoui.

XXXII.

Martialis exceptor ex codice recitavit: Nobilitas tua dixit: Quoniam diei pene omnem partem constat emensam, idcirco vtrum ex communi consensu differri negotium placeat, intimetur ab vtrisque partibus. Dictum est: Placet; quoniam iam iste dies videtur emensus. Nobilitas tua dixit: In quem diem hæc ipsa comperendinatio differatur, pars vtraque designet. Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Sicut edicto nobilitas tua perscripsit, craftino intermisso propter descriptionem schedarum, perendie, si præcipis, obseruemus. Adeodatus episcopus dixit: Etiam nos consentimus vt perendino die negotium peragatur. Nobilitas tua dixit: Sicut partibus placuit, perendino die negotium repetetur. Et cum recitasset, Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Videt sanctitas vestra contra proprios vos venire non posse consensus. Vnde, causa dicatur.

XXXIII.

Emeritus episcopus dixit: Non adeo immemores sumus vt contra nostra veniamus, nec ego hic incuriam officii, aut exceptorum negligentiam damno, vbi intelligo prolixitate gestorum diem minime occurrere potuisse. Quod si factum est, & explicitis omnibus gesta res est, cur non in notitiam nostram quæ acta sunt perferuntur? Cum enim nobilitas tua ea quæ recenseri iussit ab officio fuerint ventilata, necesse vt acceptis vniuersis tractem discutiamque, quibus causis quibusve modis debeam respondere. Tantam etenim ex mandato illorum confusionem causæ esse cognoui, vt & de præteritis instrui debeam, & agnoscam de præsentibus, cui debeam respondere. & alia manu: Emeritus recognoui.



## XXXIV.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit : Licet professio sanctitatis vestrae sola sufficiat, tamen quidquid vobis ad instructionem plenissimam credidistis posse sufficere, hesternum die & postulasse vos & accepisse non dubium est. unde, nunc ad causae meritum veniatur.

## XXXV.

Petilianus episcopus dixit : Aduertit sublimitas tua exceptionem ex codicibus legisse quod nudius tertiana die vel promissum fuerit vel pronuntiatum. Ex qua re magis agnosco acta adhuc exposita non fuisse. Quod si exposita sunt & parata, idem exceptor respondeat ; profertur gesta. Subscribe, tractamus, postea respondemus. & alia manu : Petilianus recognoui.

## XXXVI.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit : Studium dilationis agnosco, & mutatae voluntatis iudicium. Potuerat enim sanctitas vestra, ex magnitudine gestorum, ut hodie negotium differretur superiori iudicio postulare. Huc additur, quod ea quae vobis ad plenissimam instructionem sufficere credidistis, hesterno die edi vobis, data notoria, postulastis.

## XXXVII.

Petilianus episcopus dixit : Dicant exceptores, utrum exponere vna die potuerint, quod vna die videtur esse confectum. & alia manu : Ut superius.

## XXXVIII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit : Exceptores utrum hesterno die omnia potuerint in schedis gesta describi, apud acta designent. Martialis exceptor dixit : Adhuc partem in codicibus habemus : siquidem etiam ii episcopi qui nobis custodes dati sunt, non nesciunt.

## XXXIX.

Petilianus episcopus dixit : Accepit sublimitas tua ex responsione officii, acta adhuc digesta non esse in paginas, nec esse quod pars utraque legat atque recenscat, nec dari aut reuocari memoriae paululum possit. Proinde sublimitas tua, ut quoniam res honesta postulatur, largiri dignetur quod petimus, ut gesta ex more edan-

ANNO  
CHRISTI  
411.

ANNO CHRISTI 411.  
tur, legamus vt respondere possimus. & alia manu: Petilianus episcopus recognoui.

XL.

Alypius episcopus ecclesie catholice dixit: Longitudo gestorum magis in numero & responsione vtriusque partis episcoporum est, quam in aliqua commendatione negotii. nihil ergo est vnde causetur pars diuersa. aut hodie cognitio differatur, precipue quia etiam ipsi professi sunt ad hodiernum diem differendum fuisse negotium. & alia manu: Recognoui.

XLI.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Vt iterum partibus euidenter appareat, venerabilium virorum denovo professio recitetur. Petilianus episcopus dixit: Vnde recitabitur? & alia manu: Vt superius.

XLII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Ergo que codicibus tenentur inserta, cum tanti sacerdotes custodes appositi fuerint, in dubitationem aliquam existimas deuocanda.

XLIII.

Petilianus episcopus dixit: Notas non nouimus, neque ea natura rerum est, atque ipsarum, vt ita dixerim, literarum, vt quisquam notas legat alienas. In codicibus legere non possumus, nisi edita fuerint gesta in paginis, non habeo quod tractem, non habeo quod legam. & alia manu: Vt superius. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Vt dictum est, iterum venerabilium virorum professio recitetur.

XLIV.

Martialis exceptor ex codice iterum dixit: Quoniam diei pene omnem parte constat emensam, idcirco vtrum ex communi consensu differri negotium placeat intimitur ab vtrisque partibus. Dictum est: Placet; quoniam iam iste dies videtur emensus. Nobilitas tua dixit: In quem diem hæc ipsa comperendinatio differatur, pars vtraque designet. Alypius episcopus ecclesie catholice dixit: Sicut edicto nobilitas tua prescripsit, crastino intermisso propter descriptionem schedarum, perendie si precipis obseruemus. Adeodatus episcopus dixit: Et-

iam nos consentimus, vt perendie negotium peragatur. Sublimitas tua dixit: Sicut partibus placuit, perendino die negotium repetetur. & cum recitaret, Petilianus episcopus dixit: Vnde leget?

## XLV.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Quid super hac parte legum sit auctoritate definitum, sanctitatem vestram arbitror non latere; cum contra proprios non liceat venire consensus. Vnde ne qua forte de exceptoribus officii fraude suspecti sint, ex tabulis notariorum ecclesiasticorum hæc eadem conditio relegatur.

## XLVI.

Emeritus episcopus dixit: Ingredientibus nobis, nobilitas tua interfari dignata est, si edictis propositis adhiberemus assensum, & vtrum subscriptiones nostras accommodaremus propriis prosecutionibus: cui rei satisfaciam non aduerto. Tenet me enim propositum nobilitatis tuæ, quo me subscriptionem indere gestis, & vniuersa, quæ publice acta sunt, publice proponi promissisti. Nunc autem cogor agere, & ante agnitionem gestorum in negotium præcipitari. Quæ ista sunt, quid primum eligam nescio, quod votum iudiciorum tuorum teneam non agnosco. Si subscribendum est pagina, edatur pagina, vt subscribi possit. Si huius rei est facienda iactura, edictum tuum omne vacillabit; quidquid proposuisti in publicam conscientiam destruetur. Dixisti enim, ex subscriptione nostra, & ex sublimitatis tuæ annotatione cuncta quæ gesta sunt in notitiam publicam debere differri. Prius est ergo vt ea quæ gesta sunt recitentur, & publicentur, & agnoscantur: vt ex iudicio tuæ sublimitatis ad cetera, quæ sunt negotii, veniatur. & alia manu: Emeritus episcopus recognoui.

## XLVII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Sicut interlocutus sum, ab ecclesiasticis notariis ea, quæ ab exceptoribus officii recitata sunt, percurrantur.

## XLVIII.

Petilianus episcopus dixit: Tene modum tuum, vir nobilis: tene promissam sæpe iustitiam. Nam cum a parte nostra nudius tertiana die fuisset obiectum, quod dies

legitimus causæ iam videretur fuisse transactus, & a causa cecidisse eos qui nos in iudicium vocauerunt, coacti sumus id velle, vt recedentes ab eadem conditione in tempus præsens consentire videremur. Nemo mihi sit hac in parte ingratus, vir nobilis: nam si ego concessi tantumdem temporis saluis his, tamen si illi adstipulationibus suis non fuerint refragati, cur mihi breue non conceditur tempus, vt scribantur gesta, vt subscribatur a sublimitate tua, videamque ac perlegam cui rei subscribere debeam, percipiamque ac recipiam meos scilicet sensus, aduersariorum quoque calliditatem subtilemque argutiam, vt scilicet plenissime instructus, intentionibus eorum valeam respondere? Humanum esse arbitror atque iustum, ne dederis, vir nobilis, huic rei atque huic iustissimæ petitioni aliquid quod in sollicitudinem habeam: siquidem te iustissimum promiseris, & nos id credere sit necesse, si tamen iusta nobis nullatenus denegentur. & alia manu: Petilianus episcopus recognoui.

XLIX.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Hæc rectius & iustius præterito iudicio debuerant postulari, in quo ex consensu vtriusque partis in hunc diem dilata cognitio est. Vnde ab ecclesiasticis notariis ad quam partem fuerit dilata cognitio recitetur. Petilianus episcopus dixit: Ergo circumuenti sumus. & alia manu: Vt superius.

Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Non est nostra causa factum, quod nobis volunt imputare fratres nostri, e diuerso sistentes. & cum diceret: & alia manu: Recognoui,

L.

Petilianus episcopus dixit: Iniuriam nobis facis. & alia manu: Vt superius.

Edictum nobilitatis tuæ sic se habet, quartum mensem concludi ad diem Kalendarum Ianuarii. Ante autem nos venimus, & ipsi qui videntur nobis hinc facere inuidiam, octauo Kalendas Iunias mandauerunt; cum vti que, si ante diem venerant, ante ipsum diem mandare debuerunt. Legatur etiam ipsius Primiani professio, ad quem diem se pollicitus est occursum, & soluat ista

quæstio, de qua nobis iam apud populum magna inuidia concitata est. & alia manu: *Recognoui.*

## L I.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Hæc superiore iudicio determinata iam constat, præsertim cum personæ ab vtraque parte videantur esse firmatæ: & tamen si, cum causâ cœperit retractari, putauerit hæc sanctitas tua relegenda, tunc rectius relegentur. Quamuis superfluum sit, vt post confirmationem personarum hæc denuo retractentur. Vnde, vt interfatus sum, ab ecclesiasticis notariis quod præceptum est recitetur.

## L II.

Emeritus episcopus dixit: Scriptum sit tunc nos in diem consensisse, cum isti suam retinuerint voluntatem. & alia manu: *Vt superius.*

## L III.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Susceptæ tabulæ ab ecclesiasticis notariis recitentur. Cumque intra Sabanum volumen schedæ membranarum pro parte descriptum & codices tabularum pariter obsignati, iudiciariis offerrentur aspectibus, Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Custodes edicant vtrum signa cognouerint. Leo episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Agnosco sigillum meum. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: *Quoniam* ab vtraque parte impressionem signorum agnitam constat, ea quæ præcepi a notariis relegantur.

## L IV.

Petilianus episcopus dixit: Sic solent testamenta, non gesta referari. & alia manu: *Vt superius.*

## L V.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: *Quod* propter sollicitudinem partis vtriusque factum est, & ex communi consensu, non decet reprehendi. Petilianus episcopus dixit: Non reprehendo cautelam, sed peto consuetudinem rerum, vt gesta legitima exponantur, vt legi ac pertractari possint. *Quæ res vrget? quid festinatur?* & alia manu: *Petilianus episcopus recognoui.*

## L VI.

Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: *Hoc solum*

ANNO  
CHRISTI  
411.

ANNO  
 CHRISTI  
 411.

solum constet, ipsos rem velle differre, vt concedat sublimitas tua, petimus te. Humanum est, considerare volunt, discutere volunt, paratiores volunt venire, ne nolentes differre prolixiora gesta faciamus, & ipsa gestorum prolixitas maiores nobis moras inculciat. & alia manu: Recognoui.

LVII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Et vt in hunc diem cognitio differretur vtriusque partis constat fuisse consensum, quod video hodie prodesse non posse. interim vt præcepi ab ecclesiasticis notariis ad quam partem fuerit dilata cognitio recitetur.

LVIII.

Petilianus episcopus dixit: Scriptum sit hoc non nostro vitio fieri, sed tantum quod notarii occurrere non potuerunt, vel exceptores. & alia manu: Petilianus episcopus recognoui.

LIX.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Recita. Ianuarius notarius ecclesiæ Sitifensis partis Donati, ex codice recitauit: Nobilitas tua dixit: Edicat officium quantum iam diei videatur emensum. Rufinianus scriba v. c. curatoris dixit: Exemptæ sunt horæ vndecim diei. Nobilitas tua dixit: Quoniam diei pene omnem partem constat emensam, idcirco vtrum ex communi consensu differri negotium placeat intimetur. Ab vtraque parte dictum est; Placet: quoniam iste dies videtur emensus. Nobilitas tua dixit: In quem diem hæc ipsa comperendinatio differatur, pars vtraque designet. Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Sicut edicto nobilitas tua præscripsit, crastino intermisso propter schedarum descriptionem, perendie si præcipis obseruamus. Adeodatus episcopus dixit: Etiam nos consentimus, vt perendino die negotium peragatur. Sublimitas tua dixit: Sicut partibus placuit, perendino die negotium repetetur. & cum recitaret,

LX.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Vtrarumque partium professione monstratum est, in hunc diem cognitionem fuisse dilatam: item hodie negotium

tractaretur. Petilianus episcopus dixit: Si perfecerunt gesta exceptores, agatur. & alia manu: Vt superius.

## LXI.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Licet apertissimis fuerit professionibus designatum in quem diem dilatum esset iudicium; tamen ne quid ei parti quæ dilationem postulat negatum esse videatur, cognitio differetur, ita vt edicat in quem diem debeat iudicium pro-  
telari.

## LXII.

Petilianus episcopus dixit: Dicant exceptores quando edituri sunt gesta. & alia manu: Petilianus episcopus recognoui. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Exceptores, quando possunt in schedis gesta conscribi & edenda compleri, edicere non morentur. Hilarus exceptor dixit: Sicut consensus accessit vtrarumque partium, dum in schedas prosecutiones suas subscripserint, tunc demum diem edendorum gestorum possumus edicere.

## LXIII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Possunt hodie schedæ vel ab officio compleri, vel ab vtraque parte subscribi. Hilarus exceptor dixit: Hodie schedas complemus.

## LXIV.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Quoniam suggestit officium hodie se schedas posse complere, edicat sanctitas vestra, vtrum hodie vel crastino die sit parata subscribere. Adeodatus episcopus dixit: Cum nobis scheda oblata fuerit, subscribemus. & alia manu: Adeodatus episcopus recognoui.

## LXV.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Edicat nunc officium, post subscriptionem schedarum etiam in editione gestorum quot dierum sufficere possit sine vlla excusatione dilatio. Hilarus exceptor dixit: Si crastino die subscripserint vel hodie, possumus die noctuque inuigilantes, post tertium diem gesta edere, ita vt notarii eorum nobis de scheda subscripta dicent. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Quis iste dies

ANNO  
CHRISTI  
411.

fit ab officio designetur. Rufinianus scriba v. c. curatoris dixit : Hodiernus dies est tertius nonas Iunias. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit : Diem quæro quo edi gesta promissum est. Hilarus exceptor dixit : Possumus gesta edere septimo Iduum Iunii die.

LXVI.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit : Licet iam de professionibus dubietas mihi magna nascatur, tamen denuo vtrum sexto Iduum Iuniarum die omnibus ambagibus amputatis negotium sit principale tractandum, pars vtraque designet. Augustinus episcopus ecclesie catholice dixit : Nos & hodie volumus, & si fieri posset, vellemus : tamen quia humanum fuit hoc concedere fratribus nostris, quod nobis non iniuste videntur postulasse, ad diem sextum Iduum Iuniarum, adiuuante domino Deo nostro, ad futuros nos ad peragendum principale negotium ecclesie pollicemur. & alia manu : Recognoui.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit : Etiam pars alia quid voluntatis habeat dignetur edicere.

LXVII.

Emeritus episcopus dixit : De professionibus nostris nulla est ambiguitas. quantum autem ad instructionem quam fieri debere in iudicio flagitauimus, aduertit nobilitas tua, nos iusta & legitima postulasse. Diem autem statutum, hoc est sextum Iduum Iuniarum, si Deus iusserit, obseruabimus, ita tamen vt acceptis gestis nobis largiatur aliquid æquissimus iudex, quo possit esse tractatus. & alia manu : Emeritus episcopus recognoui. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit : Septimo Iduum Iuniarum die matutinis horis vobis gesta tradentur. Edicite vtrum alia die, id est sexto Iduum Iuniarum adesse dignemini, vt principale negotium peragatur. Emeritus episcopus dixit : Aderimus ad iudicium, si quæ statuit nobilitas tua habuerint effectum. & alia manu : Emeritus episcopus recognoui.

LXVIII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit : Memores periculi & professionis proprie exceptores constituto die, matutinis horis, id est septimo Iduum Iuniarum,



gesta edere festinabunt, ita vt notarii partis vtriusque in dictando non desint. Sciat autem vtraque pars officio se cauere debere de perceptione gestorum hora pariter designata. Sacerdotale vero est, vt amputatis ambagibus nulla morarum impedimenta neantur.

## LXIX.

Alypius episcopus ecclesie catholice dixit: Secundum preceptum nobilitatis tue, cum gesta susceperimus, de subscriptione & de tempore consequenter cauebimus. & alia manu: Recognoui.

## LXX.

Emeritus episcopus dixit: Cum oblata nobis fuerint gesta, satisfacimus iudicatis. & alia manu: Emeritus episcopus recognoui.

## LXXI.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Etiam istius diei gesta, ne qua possit denuo esse causatio, eadem die edere vobis festinabit officium.

## LXXII.

Alypius episcopus ecclesie catholice dixit: Multa nudiustertiana die falsa iactata sunt. Ne huiusmodi illusionibus populus perturbetur, petimus vt ipsos petisse dilationem nobilitatis tue edicto noscatur. & alia manu: Recognoui.

## LXXIII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Ea que populus loquitur sanctitatem vestram promouere non condecet. tamen sicut edicto meo definitum est, gesta proponentur. & infra: Hilarus & Martialis exceptores edidimus, & hæc similiter vt supra emendaui.

---

G E S T A T E R T I Æ  
C O G N I T I O N I S .

## I.

**P**OST consulatum Varanis v. c. sexto Idus Iunias Carthagini in secretario thermarum Gargilianarum, adstantibus Sebastiano, Maximiano & Petro viris deuotissimis protectoribus domesticis, adstantibus etiam Vin-

ANNO  
CHRISTI  
411.

centio & Taurillo viris deuotissimis, agentibus in rebus, Vrsō, Petronio & Liboso ducenariis illustrium potestatum, Bonifacio & Euasio apparitoribus illustrium atque eminentium potestatum, Fileto & Octauiano apparitoribus illustris comitiuæ sedis, Restituto & Exitioso adiutoribus corniculariis, Possidio, Quodvultdeus & Colónico adiutoribus commentariorum officii domini v. c. & spectabilis proconsulis, Nauigio adiutore numerorum, & Peregrino adiutore subadiuuarum officii domini v. c. & spectabilis vicarii, Nampio scriba officii v. c. legati almæ Carthaginis, Rufiniano scriba v. c. curatoris cellæ Carthaginis, excipientibus etiam Hilario & Prætextato exceptoribus domini v. c. & spectabilis proconsulis, Fabio exceptore domini v. c. & spectabilis vicarii, Romulo exceptore v. c. legati almæ Carthaginis, excipientibus quoque Ianuario & Vitale notariis ecclesiæ catholicæ, Victore & Cresconio notariis ecclesiæ Donatistarum, Vrsus ducenarius illustrium potestatum dixit: Præterito iudicio, Donatianæ partis episcopi in hodiernam diem, vt exinde instructi in iudicio sublimitatis tuæ responderent, causâ sibi edendorum gestorum inducias postularunt. Nunc utræque partes pro foribus sunt: si præcipis, intromittentur.

II.

Flavius Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Veniant. & ingressis episcopis catholicis Aurelio, Alypio, Augustino, Vincentio, Fortunato, Fortunatiano, & Possidio, cum Nouato, Florentio, Maurentio, Bonifacio, Prisco, Sereniano, & Scillacio coepiscopis suis, Deuterio, Leone, Asterio, & Restituto æque coepiscopis & custodibus gestorum: item e diuerso ingressis episcopis Donatistarum, Primiano, Petiliano, Emerito, Montano, Gaudentio, Adeodato, & Habetdeum, cum Peregrino, Apto, Clarentio, & Habetdeum coepiscopis eorum.

III.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Certum est ob hoc dilatum fuisse negotium, vt hodierno die gestis editis principalis actio tractaretur. quod vtrum factum sit, edicat officium. Martialis exceptor Domini v.

Kk iij

c. & spectabilis proconsulis dixit: Constat iuxta præceptum nobilitatis tuæ gesta ante eum diem edita qua paruitas nostra fuerat professâ. Quod si iubet nobilitas tua, ad plenam fidem ex cautionibus partis vtriusque monstrabimus.

## IV.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Recitentur. Martialis exceptor recitauit: Post consulatum Varanis v. c. octauo Idus Iunias, Fortunatianus episcopus catholicus ciuitatis Siccensium, scripsi me gesta geminâ cognitionis pariter suscepisse, habita primum die Kalendarum Iuniarum: item habita die tertia Nonarum earumdem: & suscepi tradente Martiale exceptore sedis proconsularis, qui sit deputatus Flauio Marcellino v. c. tribuno & notario die octaua Iduum Iuniarum, hora diei quinta, in ecclesia catholica Restituta. Et quamuis exceptores septimo Iduum Iuniarum gesta promiserint edituros, melius ramen eorum festinauit industria, vt nobis ante diem promissum acta cognitionum duarum pariter traderentur. Quibus perceptis, loco & tempore superscripto instructos nos ad peragendum negotium, die qui actis expressus est, pollicemur esse venturos. Cumque recitaret, idem dixit: Lego aliam, si præcipit nobilitas tua.

## V.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Lege. Martialis exceptor recitauit: Post consulatum Varanis v. c. octauo Idus Iunias, Montanus episcopus ciuitatis Zumensium Regionum, scripsi vobis, Hilare & Prætextate exceptores, me accepisse a vobis gesta geminâ cognitionis: in quibus vna cum traditoribus & persecutoribus nostris confiximus, habita primum die Kalendarum Iuniarum, & alia habita die tertia Nonarum earumdem. quæ vos exceptores superius proconsularis, tradidistis nobis coram patribus & coepiscopis nostris, die octaua Iduum Iuniarum, hora diei tertia, in ecclesia Theopropia. quibus perceptis, loco & tempore superscripto profiteamur nos ad agendum negotium die actis expressâ ordine integro esse venturos.

## VI.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Lectæ

cautiones gestis præsentibus adhærebūt. & adiecit: Quoniam constat ante diem editionem factam esse gestorum, superest vt principale negotium proponatur.

VII.

Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Principale negotium iam diu est vt cupimus terminari. Proinde, si vel sero conceditur, probet, quoniam ex parte aduersa esse desiderant, totiens obiecta ecclesiæ sanctæ catholicæ toto orbe diffusæ crimina, & nunquam probata. Et cum diceret: & alia manu: Recognoui,

VIII.

Adeodatus episcopus dixit: Proponant. sciamus quid agunt. & alia manu: Adeodatus episcopus salua appellatione recognoui.

IX.

Vincentius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Propositionem ex mandato non didicisti? & alia manu: Recognoui.

X.

Possidius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Morarum tendiculas nullus interponat, si de causæ nostræ defensione aliquam habemus fiduciam. & cum diceret: & alia manu: Recognoui,

XI.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Si quid intenditur proponatur.

XII.

Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Mandatum ipsorum legatur, & intentionem ipsorum inde agnoscat nobilitas tua. & alia manu: Recognoui.

XIII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Amotis omnibus moris, quoniam constat omnia quæ ad principia negotii pertinebant superiore iudicio terminata, causa dicatur.

XIV.

Fortunatus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Duo in mandato suo obiecisse monstratur pars aduersa, traditionem & persecutionem. Si igitur causam ecclesiæ volunt vt peragamus, iamiamque te iudicante finiatur. Ne-

fas est enim, vt expectatione populus in errorem mittatur. Si agnoscenda est ecclesia toto terrarum, sicut promissum est, orbe diffusa, testimoniis scripturarum doceatur. Sin vero, solitis præstigiis solitisque ambagibus, id intendit pars aduersa ne ad veritatem veniamus, dicatur, vt hoc omnibus innotescat. & alia manu : Recognoui.

## XV.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Quid his refertur?

## XVI.

Emeritus episcopus dixit: Nunquam memini in iudicio condemnatam esse patientiam. Quinimo semper id laudi est, vt secretum retinens lingua, obiectis, si potest, dilucide respondeat. Ergo quoniam omnium actionum debent esse principia, totiusque negotii initia semper ex se sumere consueuerunt, quid præteritorum dierum actus inuoluimus, & quasi non fuerint peracta, iterum refricamus, cum præsentis diei propositio suam debeat sumere accipereque personam? Vnde si propositio eorum & responsio nostra in iudicium mittitur, personarum primum est discutienda qualitas, quis in iudicium adduxit, quis conueniri fecit, quis principes sæculi conuenit, quis legatos misit, quis supplicauit, quis legem meruit, quis iudicium postulauit: vt cum eorum intentionibus docti fuerimus, respondere valeamus. & alia manu : Emeritus episcopus salua appellatione recognoui.

## XVII.

Fortunatus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Diffidentia est causæ personas velle discutere, quas priore conflictu visus est confirmasse. Et ideo causam ecclesiæ peragamus, quæ sicut promissa est, toto terrarum orbe diffunditur. & alia manu : Recognoui.

## XVIII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Sanctitas tua propositionem, quantum arbitror, non diligenter aduertit: alia enim constat esse quæsitæ.

## XIX.

Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Ad id ergo quod quæsierunt, iube recitari partis vtriusque mandata,

data, & instruentur, ad id quod desiderarunt. & alia manu: Recognoui.

XX.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Quæsitum est, per quos hæc sit postulata collatio, quive episcopos qui e diuerso consistant, ad iudicium postularit. Vnde ad hoc sanctitas vestra respondere debet.

XXI.

Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Si ad rem iudicis pertinere, prudentiæ tuæ est considerare, catholicis episcopis, vel legatis catholicorum episcoporum, concessum esse habendam collationem. Tenor rescripti imperialis ostendit. Venimus vtrique, hic sumus, & Deus nos disputatores & collatores magis quam litigatores esse præcepit, & nihil aliud voluit Deum timens & Deo seruiens clementissimus imperator. Adstitisse legitimas personas, & confirmata esse mandata, primo die conflictus nostri iudicauit sublimitas tua. Non interponantur quæ ad rem necessaria non sunt. Ecclesia est quam asserimus testimoniis scripturarum diuinarum, nota omnibus, in monte, sicut scriptum est, constituta: ad quam veniunt omnes gentes. Si est aliquid contra istam ecclesiam quod dicatur, iam dicatur, & nullæ moræ interponantur. Si nihil est quod dicatur, cedat veritati, qui suam criminationem affirmare, & ostendere, & probare hominibus non potest. Quamdiu ista tanta populi expectatio suspensa est?

De anima sua omnes cogitant, & nos moratorias præscriptiones ad hoc interponimus, vt ad finem cognoscendæ veritatis nunquam veniatur? & alia manu: Recognoui. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Vt aduertiri possit, in quem modum sit delegata cognitio, imperialis præcepti forma relegatur.

XXII.

Petilianus episcopus dixit: Catholicos se sine præiudicio nostro dixisse, hoc actis signatum est. Huiusce rei serua conflictum. Et alia manu: Petilianus episcopus salua appellatione recognoui. Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Quod præceperas recitetur. Et alia manu: Recognoui. Petilianus episcopus dixit: Apud nos est enim

vera catholica, quæ persecutionem patitur, non quæ facit. & alia manu: Petilianus episcopus recognoui, saluo appellationis effectu. Possidius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Hoc probare opus est, non iactare. & alia manu: Recognoui.

## XXIII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Hoc vtrarumque partium conflictus inueniet. Et adiecit: Imperialis sanctio interim relegatur.

## XXIV.

Martialis exceptor recitauit: Imperatores Cæsares Flauii, Honorius & Theodosius, pii, felices, victores ac triumphatores, semper Augusti, Flauio Marcellino suo salutem. Et cum recitaret,

## XXV.

Petilianus episcopus dixit: Terreri me imperator voluit non occidi, non persecutionem pati, non pertrahi, non spoliari. & alia manu: Petilianus episcopus salua appellatione nostra recognoui.

## XXVI.

Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Quod amplius est, nec territus es. & alia manu: Recognoui.

## XXVII.

Petilianus episcopus dixit: Laudasti constantiam bonæ fidei, & vere catholicæ disciplinæ. & alia manu: Salua appellatione recognoui.

## XXVIII.

Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Nec territus, dictum est, non timuisti. & alia manu: Recognoui.

## XXIX.

Martialis exceptor recitauit: Inter imperii nostri maximas curas, catholicæ legis reuerentia aut prima semper aut sola est. Neque enim aliud aut belli laboribus agimus, aut pacis consiliis ordinamus, nisi vt verum Dei cultum orbis nostri plebs deuota custodiat: vt etiam Donatistas vel terrore vel monitu olim iam implere conuenerat, qui Africam, hoc est, regni nostri maximam partem, & sæcularibus officiis fideliter seruientem, vano errore & dissensione superflua decolorant. Nos tamen eadem frequentius non piget replicare, quæ omnium retro

ANNO  
 CHRISTI  
 411.

principum deuota in Deum definiuit auctoritas, ne temporibus nostris, si quid forte in iniuriam legis catholicae fuerit generatum, iusto iudicio hoc nobis possit imputare posteritas.

Nec sane latet conscientiam nostram sermo caelestis oraculi, quem errori suo posse proficere scæua Donatistarum interpretatio profiteretur. Qui quamuis deprauatos animos ad correctionem mitius inuitaret, aboleri eum tamen ante iussimus, ne qua superstitionibus præstaretur occasio. Nunc quoque excludendam subreptionem simili auctoritate censemus. Illudque merito profitemur, libenter nos ea quæ statuta fuerant submouere, ne in diuinum cultum nobis se quisquam auctoribus æstimet posse peccare. Et quamuis vna sit omnium & manifesta sententia, catholicae legis plenam veritatem recto hominum cultu & caelesti sententia comprobata, studio tamen pacis & gratiæ, venerabilium virorum episcoporum legationem libenter admisimus, quæ congregari Donatistas episcopos ad cœtum celeberrimæ desiderat ciuitatis, vt lectis etiam sacerdotibus quos pars vtraque delegerit, habitis disputationibus, superstitionem ratio manifesta confutet. Quam rem intra quatuor menses præcipimus explicari, vt conuersos animos populorum, etiam nostra clementia, sicut desiderat, celerius possit agnoscere. Quod si intra præstitutum tempus studiose Donatistarum episcopi declinauerint conuenire, trini edicti euocationem volumus custodiri: ita vt vicenis diebus in euocatione contumacium tempora concludantur. Quibus emensis atque transactis, si prouocati adesse contempserint, cedat cum ecclesiis populus, qui doctores suos silentio cognouerint superatos, & victum se aliquando gratuletur: sciatque si non præceptis nostris, vel catholicae legis veris imperiis seruiendum. Cui quidem disputationi, principe loco te iudicem volumus residere. Quidquid etiam ante in mandatis acceperis, plenissime meministi, omnemque vel in congregandis episcopis, vel euocandis, si adesse contempserint, curam te volumus sustinere, vt & ea quæ ante mandata sunt, & quæ nunc statuta cognoscis, probata possis implere solertia; id ante omnia seruiaturus, vt ea quæ circa catholicam legem



vel olim ordinavit antiquitas, vel parentum nostrorum auctoritas religiosa constituit, vel nostra serenitas roboravit, novella subreptione submota integra & inviolata custodias. Ut sane adminicula competentia actibus tuis deesse non possint, viros spectabiles proconsulem atque vicarium serenitas nostra comonuit, ut si propriarum dignitatum statum cupiunt retinere, si apparitionem suam extrema declinare supplicia, tam ex propriis officiis quam ex omnium iudicum apparitione abunde necessarios faciant deputari. Erit iam sollicitudinis tuae, si quid vlla cognoveris arte differri, missis relationibus indicare, ut negligentes puniat digna correptio. Omnia sane quae vel in unum episcopis congregatis disputatio completa firmaverit, vel desistentibus forte statuerit circa contumaces lata sententia, te referre conveniet, ut quid ad confirmandam catholicam fidem praecipio nostra profecerit, celerius possimus agnoscere. Et divina manu: Vale Marcelline, carissime nobis. Datum pridie Idus Octobris, Rauennae.

## XXX.

Petilianus episcopus dixit: Donatistas non appellandos esse credunt, cum, si nominum paternorum ratio vertitur, & ego eos dicere possum, imo palam aperteque designo Mensuristas & Caecilianistas esse, eosdemque traditores & persecutores nostros. & alia manu: Petilianus episcopus recognoui, sine praedicio appellationis nostrae.

## XXXI.

Vincentius episcopus ecclesiae catholicae dixit: Et hoc recusas quod in praefectorum iudicio pro voto completus es. & alia manu: Recognoui.

## XXXII.

Petilianus episcopus dixit: Nec nunc abnuo esse mihi principem ac fuisse beatissimae sanctaeque memoriae Donatum, huius civitatis episcopum; eiusque tanta merita floruisse, ut & illius temporis gloriam vetustas ipsa. & cum diceret; & alia manu: Petilianus episcopus recognoui, salvo appellationis effectu,

## XXXIII.

Alypius episcopus ecclesiae catholicae dixit: Damnent

ANNO  
CHRISTI  
411  
nomen Donati, & deinceps non appellabimus illos Donatistas. & alia manu: Recognoui.

XXXIV.

Petilianus episcopus dixit: Damna nomen Mensurii & Cæciliani, & non diceris Cæcilianista. & alia manu: Petilianus episcopus recognoui, sine præiudicio appellationis nostræ.

XXXV.

Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Feci enim mentionem Mensurii. & alia manu: Recognoui.

XXXVI.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Hæc omnia vtrisque partibus salva erunt, & adiecit: Evidenter apparuit episcopis postulantibus disputationem a venerando principe me disceptante fuisse mandatam, vt causa primi discutiatur erroris: quæ iam in medium proferatur.

XXXVII.

Emeritus episcopus dixit: Lectum est rescriptum. legantur & preces, vt causa possit audiri. & alia manu: Emeritus episcopus recognoui.

XXXVIII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Peritiam sanctitatis vestræ arbitror non latere, pragmaticis rescriptis preces inferi non solere. quas quidem ab episcopis qui collationem postulauerant, sicut eiusdem sanctionis textus ostendit, præcessisse non constat. Vnde tandem aliquando negotium proponatur.

XXXIX.

Emeritus episcopus dixit: Si pragmatico rescripto preces inferi non solere prudentiæ tuæ interlocutione signatum est, eos quos legatos esse dixerunt, vtrum ex omnium voluntate, vtrum ex communi mandato perrexerint, doceant; vt si non in principibus, certe vel in legatis possit stare persona. & alia manu: Emeritus episcopus recognoui, sine præiudicio appellationis meæ.

XL.

Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Aduertat nobilitas tua quanta aguntur vt nihil agatur. & alia manu: Recognoui. Montanus episcopus dixit: Ordine

integro causa peragenda est. & alia manu: Montanus episcopus recognoui, salua prouocatione.

## XLI.

Augustinus episcopus ecclesie catholice dixit: Præsententes sunt, utriusque conuenimus: locus iste episcopis pene refertus est, mandata recitata atque firmata sunt: non negatur a partibus nostris postulatam esse collationem, ut in ea collatione tandem aliquando vel probent vel probare non potuisse monstrantur, quæ solent non nobis, non unicuique nostrum, sed uniuerso orbi Christiano obicere crimina: qui Christianus orbis non opinione humana sed diuinis testimoniis & promissus est & impletur. Quid adhuc nescio quæ tergiversationes moratorie ab eis interponuntur qui se episcopos Christi dici volunt? expectatio non dico huius ciuitatis, sed uniuersi pene generis humani suspensa est, aliquid de ecclesia cupit audire; & nos adhuc forenses formulas discutimus, & miserrime litigamus? Iam aduertat nobilitas tua quid agatur: iam aliquando nos de hoc negotio amputatis omnibus morulis, adiuuante Deo, liberare dignare. & alia manu: Recognoui.

## XLII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Ad omnem confirmationem sufficere posse non ambigo uniuersorum subscriptiones, superiore iudicio mandato insertas atque digestas. Vnde quoniam omnium consensus expressus est, amotis superfluis aliquando negotium proponatur.

## XLIII.

Emeritus episcopus dixit: Duo sunt in iudicium missa, a quibus deuari nullo modo potest: vnum, quod secundum imperiale præceptum: aliud, quod secundum mandati tenorem agere se iudicio demonstrarunt. Igitur si utraque connexa sunt, debet edoceri: si autem separata atque seiuncta sunt, vnius necesse est faciant iacturam, qui utrumque nolunt ad probationem in iudicium mittere. Conuenire enim debet cum rescripto mandatum, & ad formulam statuti imperialis mandatorum debet sensus astringi. quod si neutrum esse intelligit prudentia tua, neque moratoriis nos velle agere, neque nos a causæ

actione suspendere, sed constitutis primitus fundamentis ecclesiasticum negotium velle definire, quid est quod nobis de mora præscribitur, & tamquam cauillatoribus, & a cognitione refugientibus, quasi moras quasdam per nos innecti causantur; cum vtique, si aduertant, magis his qui proponunt incumbere aut necessarium esse dicimus, vt omnibus moris amputatis ad negotii instrumenta arcemque veniatur, vt ostendatur, ex aduersa parte quis petierit, quemadmodum petierit, vel quid petierit, vt cum de mandato vel de rescripto vtraque concordantia complexus fuero, & ea quæ in rescripto sunt confirmata, & ea quæ ex ipsorum petitione suggesta sunt, possint iudiciis approbari. & alia manu: Emeritus episcopus recognoui.

XLIV.

Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Tuæ sunt partes, vir nobilis. si respondit ad ea quæ diximus, opus est vt respondeamus. Si autem peruidet prudentia tua, nihil eum respondisse ad id quod iuste flagitamus, sed moris superfluis alias moras superfluas addidisse, iudica vt videtur. & alia manu: Recognoui.

XLV.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Certum cognitionis tenorem principali constat auctoritate definitum. Hoc enim relictae sanctionis series demonstrauit, vt conuocatis episcopis atque partibus delectis, superstitionem, vt ipsius legis verbis loquar, ratio manifesta confutet. vnde dignabitur sanctitas vestra clarius demonstrare in qua sit parte superstitione constituta.

XLVI.

Petilianus episcopus dixit: Aduertit sublimitas tua magnam diffidentiam eos habere, magnumque mendacium, si ea quæ petimus prodere noluerint. Etenim ante de sua conscientia iudicat, qui petitionem suam timuerit publicare. Non igitur moram aliquam facimus; sed per ipsos moras fieri sublimitati tuæ. & cum diceret, & alia manu: Petilianus episcopus saluo appellationis nostræ merito recognoui.

XLVII.

Vincentius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Non

fufficit quod tibi respondit iudex. & alia manu: Recognoui. Petilianus episcopus dixit: Aut legant quod petimus, aut negent. & alia manu: Petilianus episcopus recognoui, falua appellatione noſtra. Fortunatianus episcopus eccleſiæ catholicæ dixit: Quid ad rem pertinet, quod pars diuerſa eſt proſecuta, & non propter moras quaſdam? Et cum diceret: & alia manu: Recognoui: Petilianus episcopus partis Donati, Iudica: & alia manu: Petilianus episcopus recognoui, faluo noſtræ appellationis effectu.

## XLVIII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Euidentiſſima ſanctitas veſtra quid poſtulet designare debet.

## XLIX.

Emeritus episcopus dixit: Longo volumine præterito iudicio quaſi mandati tenorem pars aduerſa prodidit, cui rei ſi vera adſtipulatur aſſertio, id in iudicio publicare ac prodere debent, tantummodo ſe ſequi hoc ipſum: iacturam autem facere imperialiſ reſcripti, ad cuius promulgationem neque tenorem precum, neque mandatum legatorum monſtrare voluerunt. Igitur quia nihil ab re eſt quod in iudicio poſtulamur, petimus vt primitus aut reſcripti iacturam, aut mandati ſui faciant ceſſionem, vt ad cauſam venire valeamus. & alia manu: Emeritus episcopus recognoui, ſine præiudicio appellationis.

## L.

Auguſtinus episcopus eccleſiæ catholicæ dixit: Legatur mandatum noſtrum, & intelligent quam cuncta contineat. Et alia manu: Recognoui. Petilianus episcopus partis Donati dixit: Patere, præſta iudici patientiam, quam nobis præſtat. & alia manu: Petilianus episcopus recognoui, ſine præiudicio appellationis noſtræ.

## LI.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Nihil aliud præcipue principali ſanctione aduerti eſſe conſtitutum, niſi vt conuenientibus episcopis, diſputatione habita, cauſa primi inueniatur erroris. Cui diſputationi me iudicem voluit reſidere. Accepit autem ſanctitas veſtra proſecutionem partis e diuerſo ſiſtentis; in qua euidenter oſten-

ostensum est atque promissum, vt ecclesia toto orbe diffusa diuinis testimoniis demonstratur, cum videatis ex mandati ferie & ex præsentis professione id fuisse declaratum, vt legis exemplis atque documentis omnia comprobentur. Nec enim clementissimus princeps formam collationi dedisse monstratus est, sed tantum collationem debere fieri iudicauit. Vnde quoniam secundum desiderium vestrum diuinis testimoniis se agere eorum professio declarauit, quid amplius desideretis, ignoro.

LII.

Petilianus episcopus dixit: Apertissime intelligitur ea diffidentia vel sero pudore id agere, ne petitionem suam omnibus publicent, quoniam eos constat clementissimo imperatori mentitos. & alia manu: Petilianus episcopus sine præiudicio appellationis nostræ recognoui.

LIII.

Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Collatio petita est a legatis nostris, lex ipsa hoc continet, quæ ad tuam nobilitatem data est. & alia manu: Recognoui.

LIV.

Petilianus episcopus dixit: Non differimus agere. & alia manu: Salua appellatione nostra recognoui.

LV.

Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Data est. Omnes fatemur nos petisse collationem, quoniam eam recusabatis; vt tandem sic saltem ad hunc locum, vel ad hoc tempus, collationis & disputationis & demonstrandæ veritatis gratia veniremus. Factum est, venimus; & nihil vultis prodesse quod venimus. confitemur nos collationem petisse: nihil aliud imperator quam nos collationem petisse suis verbis expressit. Iam fiat ipsa collatio. Videamus quid dicatur contra ecclesiam toto orbe diffusam, quam demonstramus diuinis testimoniis & promissam esse, & nunc ita exhiberi, vt cæcorum oculos feriatur, surdorum aures irrumpat. Ad hanc demonstrandam nolunt peruenire fratres nostri, vt demonstratur quod latere non potest. Edicant crimina: videamus quibus criminibus perit quod promissum est Abrahæ: *In se- Geneſ. 22.*  
*mine tuo benedicentur omnes gentes.* quæ crimina istam promissionem iurantis Dei delere potuerunt, audiamus,

discamus, nouerimus, sequamur. Si autem nihil est quod contra dici possit, aut pronuntia, aut tolle omnes moras, & aliquando negotium finiatur. & alia manu: Recognoui.

## LVI.

Emeritus episcopus dixit: Magno argumento veritas occultatur, vt cum ad inquisitionem nostram modicum quid ex parte aduersa prolatum sit, cetera fileantur. Dixit enim suos esse legatos, quorum neque nomina, neque ordinem, neque mandatum vult iudicio publicare. Igitur aut huius rei iacturam faciat, quia non potest approbare; aut si valet hoc legibus edocere, vel qui legati fuerint, vel quando missi sint, vel quid pertulerint, legati mandatum in iudiciorum notitiam asserere debent. Videt prudentia tua, nihil nos abs te petere: quippe cum ipsorum sit causa, cur non ad interna negotii veniamus. Proposuerunt enim ex mandati sui tenore nescio quibus se allegationibus aduersum nos stare debere. has ipsas allegationes & nos possumus legalibus testimoniis superare. Prius est ergo vt initio actionis exposito, personam suam siue suscipientis siue mandantis in iudicio approbare valeat: tunc demum ad negotii merita descendatur. Et alia manu: Emeritus episcopus salua appellatione recognoui. Vincentius episcopus ecclesie catholice dixit: Quid est aliud causam dimittere, & personas querere, nisi effugere velle? quare venisti? Et alia manu: Recognoui. Petilianus episcopus dixit: A personis incipit omnis causa. & alia manu: Petilianus episcopus recognoui, saluo nostre appellationis effectu.

## LVII.

Vincentius episcopus ecclesie catholice dixit: Non tibi forum tuum designauit, que omissa sunt, repeti non posse? & alia manu: Recognoui.

## LVIII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Collationem fuisse postulatam, & collationem fuisse concessam, celestis sanctionis forma declarauit; cur nunc legatorum persone in medium veniant, nec dum diligenter aduerti.

LIX.

Augustinus episcopus ecclesie catholice dixit: Si negaremus nos petisse collationem, imperatoris testimonio conuinceremur. Habemus imperatorem testem, petisse nos confitemur. Venimus, ut fiat quod & nos petiuimus, & ille concessit; & adhuc nescio quae dubitationes vel morae interponuntur. & alia manu: Recognoui.

LX.

Emeritus episcopus dixit: Ecce iam professus es partem. Dic quando peristi, dic per quos petisti. & alia manu: Emeritus episcopus salua appellatione nostra recognoui.

LXI.

Fortunatianus episcopus ecclesie catholice dixit: Ad demonstrandam veritatem, personarum non est necessaria inquisitio. & alia manu: Recognoui.

LXII.

Montanus episcopus dixit: Quoniam pars aduersa ad clementissimum imperatorem confugit, oportet eandem & mandatum edere & legationem, ut cum haec potuerimus aduertere, in iudicio nobilitatis tuae nouerimus quid possimus respondere. Et alia manu: Montanus episcopus, salua appellatione. Vincentius episcopus ecclesie catholice dixit: Satis longum est a causa, & praeter hanc causam illa velle repetere quae huius iudicati tenor in statum inquisitionis suae omnino non quaesuit. Et alia manu: Recognoui. Montanus episcopus dixit: Tuae actionis est quod flagito. & alia manu: Montanus episcopus recognoui, saluo prouocationis effectu. Vincentius episcopus ecclesie catholice dixit: Definitiuam est iudicis qui praesidet sententia, ad quid nos ad hodiernum diem distulit, satis pudoris esse debere. hoc si transimus, quid de causa iudicamus nos ipsi? Et cum diceret, & alia manu: Recognoui: Montanus episcopus dixit: Tuae actionis est quod flagito, tu fundamentum causae constituisti, tu ad imperatorem confugisti. Oportet ergo me & mandatum repetere & legationem, quibus usus sis verbis; ut cum haec omnia in iudicio nobilitatis tuae a nobis fuerint pertractata, tum demum quid utilitati nostrae conueniat, valeam respondere. Et alia



manu, Montanus episcopus saluo prouocationis effectu recognoui. Vincentius episcopus ecclesie catholice dixit: Professionem tuam tu superare non potes. Vnde recessisti cognosce, omiffa repetere non potes. Et alia manu: Recognoui. Augustinus episcopus ecclesie catholice dixit: Quid flagitas quando petierim, cum videas quando venerim? quid quæris vtrum petierim, cum vniuersum catholicum præfens in hac vrbe concilium mandatum dederit, mandato subscripserit, subscriptiones præfens te instante cognouerit? Nihil hic aliud quam moræ inquirentur, quia contra ecclesiam vniuersam Dei testimoniis commendatam, nihil est quod dicatur. & alia manu: Recognoui.

## LXIII.

Montanus episcopus dixit: Scriptum sit, partem aduersam moratoria innectere, cum quod a nostris partibus flagitatur non produnt. Ac per hoc si volunt eandem moram de medio tolli, prodant quod flagitamus, prodant mandatum, prodant & legationem; tum deinde ad merita negotii veniemus. & alia manu: Montanus episcopus, saluo prouocationis effectu.

## LXIV.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Non hoc quæri voluit clementissimus imperator, causam diffidii & erroris iussit inquire.

## LXV.

Montanus episcopus dixit: Sed clementissimus imperator rescripto suo eosdem publicauit, legationem inseruisse. Vnde quia etiam ipse hanc facultatem nobis tribuere voluit pro clementia sua vt hoc in iudicio requiramus, oportet eosdem & mandatum proferre & legationem, vt sciamus quid idem in eodem textu fortasse fuerint ementiti, vt tum demum his omnibus pertractatis, nouerimus personarum meritum; an valeant honoribus suis integro ordine respondisse. & alia manu: Montanus episcopus, saluo prouocationis effectu, recognoui.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Legationi eos concessisse vniuersi concilii & subscriptionis tenor ostendit euidenter. Denique integram confirmationem cum omnium subscribentium nomina legerentur,

ANNO  
CHRISTI  
411.

sanctitas vestra dixit, sibi hoc plene non posse sufficere, nisi etiam omnes aduenissent, ut impraesentiarum positi, utrum ipsi subscripissent atque mandassent, propriis professionibus iudicarent.

Montanus episcopus dixit: Personas eorum flagito qui mandatum dederunt ad clementissimum imperatorem, non eorumdem qui hodie ad hoc iudicium peruenerunt. Vnde, vir sublimis, oportet istos quam refugiunt actionem in iudicio nobilitatis tuae proderet. Iam ergo prodant mandatum, prodant & legationem, ut cum his recensitis aduerterimus qui iisdem commandarint, valeamus eorum obiectionibus respondere. & alia manu: Montanus episcopus recognoui, saluo prouocationis effectu.

LXVI.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Eos quos legationem peregrisse dicis, si praesentes esse vel impraesentiarum mandato subscripisse cognoscis, euidenter ostende. Sin vero absentes, necesse est ut veniant, quatenus omne possit negotium pertractari.

LXVII.

Montanus episcopus dixit: Ergo, vir sublimis, eorum praesentia facienda est, qui ad clementissimum imperatorem per maria volauerunt. Ipsorum ergo & persona adstans doceat sibi aliquid ab istis esse mandatum, ut de ipso mandato intelligam quid in sua causa voluerint innectere, quid deinde forsitan in eadem legatione contra nos ementiri. Est enim studium semper aduersariorum, incerta de aduersariis auribus sacratissimis innectere. Ergo vnde probabo episcopalem quam sibi iactant esse personam, sub verecundia & textu aliquid imperatori suggerere potuisse, nisi eandem legationem vel mandatum sibi creditum potuero perlegere, & de eodem iudicare. & alia manu: Montanus episcopus, saluo appellationis effectu, recognoui.

LXVIII.

Alypius episcopus ecclesiae catholicae dixit: Eadem superfluo etiam repeti nobilitas tua nobiscum considerat. sufficit persona assertorum praesentis mandati auctoritate firmata. Iam nunc remotis superfluis ad negotium venia-

Mm iij

mus. Cuius firmamentum nullam poterit habere dubitationem; quando persona nostra quibus vniuersale negotium mandauit, disputationem ab imperatore præceptam ita firmavit, vt ne ipsi quidem dubitare possint, in quorum aspectibus processerunt omnes qui mandauerunt. & alia manu: Recognoui. Possidius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Petisse nos collationem quis negare potuit, aut potest? & alia manu: Recognoui.

## LXIX.

Emeritus episcopus dixit: Quid petisti? quem misisti? Dic nomen. quæ mandasti? & alia manu: Emeritus episcopus saluo appellationis effectu recognoui. Possidius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: De causa loquere, mandatum audisti, recitetur idem: & responde, si habes quod dicas: superfluis immoraris. & alia manu: Recognoui. Petilianus episcopus dixit: Quem misisti, quid mandasti, quid egisti aduertere debeo. non enim clanculo tibi licet suggerere, quod postea non debeat publicari. & alia manu: Petilianus episcopus sine præiudicio appellationis nostræ recognoui.

## LXX.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Qua ratione legatorum nomina postulantur ignoro, cum collationem tantum postulatam esse & collationem fuisse concessam, sicut superius interfatus sum, principalis sanctio diligenter ostenderit. Vnde sanctitas vestra iam ad negotii interna venire dignetur, quatenus veritas eluceat.

## LXXI.

Montanus episcopus dixit: Sed clementissimus imperator me magis instruere voluit, quid de aduersariis nostris requiramus, dum vtique eorum legationem publicat. & alia manu: Montanus episcopus recognoui, saluo prouocationis effectu.

## LXXII.

Fortunatianus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Separationis & dissensionis tuæ ab ecclesia vniuersali quæ toto orbe diffunditur causas expone. & alia manu: Recognoui.

## LXXIII.

Montanus episcopus dixit: Legatur ad locum, si lega-

ANNO  
CHRISTI  
411.

tionem eorum non publicavit clementissimus imperator. De hac re, de hac causa, me voluit disputare, eorum legationem in iudicio voluit publicari. Ab statutis clementissimi imperatoris non est devianandum, faciendum est satis in hoc loco clementissimo imperatori. Siquidem de eorum legatione in iudicio publicata, nos voluit pertractare. & alia manu: Montanus episcopus, manente appellationis nostræ effectu, recognoui.

LXXIV.

Fortunatianus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Hoc clementissimus non censuit imperator, sed id partibus dignatus est statuere, ut ab utrisque partibus electis episcopis, veteranosum errorem tandem aliquando propter salutem populorum & animarum in medium prolata veritas monstret. & alia manu: Recognoui. Petilianus episcopus dixit: Lege utrum hoc petiueris. & alia manu: Petilianus episcopus salva appellatione nostra recognoui. Fortunatianus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Ceterum superfluis immoramini, catholicam monstramus ecclesiam de lege, de prophetis, de euangeliis, de psalmis, de omnibus diuinis testimoniis. Contra hoc a vobis profertur mandatum: publica. tecum ad ecclesiam demonstrandum euangelium proferamus. & alia manu: Recognoui.

LXXV.

Petilianus episcopus dixit: Ecclesiam catholicam penes me esse, & pura observatio nostra facit, & vitia vestra atque flagitia. nostra omnis ecclesia Dei pura, sancta, sine macula & ruga esse debet. Quare igitur ut ad huius disputationem rei possimus descendere, & congruo tempore testimoniis dominicis uti, prius est, quod de te flagito, si non diffidis; maxime cum id agat causa iustissimus cognitor, ut quidquid agendum sit populo publicetur. Mentitum te igitur clementissimo imperatori sat constat, cum dubitas proferre quid dixeris, quid egeris, quid mandaueris, quid susceperit ille legatus, quod mandatum acceperit, quid peregerit. Nouerit hæc conscientia populi, sciat vniuersa prouincia, hoc acta ista quæ controuersa plene contineant, ... sciant vos apertissime de mendacio vestro diffidere, morasque innectere actioni, ne

ad veritatem aliquando vestris præstigiis nebulisque obstantibus veniatur. Et alia manu: Petilianus episcopus salua appellatione nostra recognoui. Vincentius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Quod nescis an petiuerim quomodo in mendacio reprehendis? & alia manu: Recognoui. Petilianus episcopus dixit: Petisse se confessus est. Et alia manu: Petilianus episcopus salua appellatione nostra recognoui.

## LXXVI.

Fortunatianus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Ecclesiam catholicam apud se esse testatus est, hanc volumus residente nobilitate tua testimoniis edoceri. Publicet quod promittit, vt aut in eius apertam veritatem nosster consensus accedat, aut patiatr monstrari luce clarior veritatem, & tandem aliquando ab errore desciscens cedat veritati, congrue pro salute, qui cogitat in errore vincere contra salutem. & alia manu: Recognoui. Petilianus episcopus dixit: Vt possimus facere hæc, prius fac quod de te flagitamus. Et alia manu: Petilianus episcopus sine præiudicio appellationis nostræ recognoui. Fortunatianus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Si ordo flagitat gestorum, publicamus. & alia manu: Recognoui.

## LXXVII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Cum legationis formam demonstrarit augusta præceptio, cur legatorum nomina postulentur, ignoro. An inuictissimum principem aliquid contra rationem dixisse vestra sanctitas putat? Cum ad causam peragendam personæ videantur expressæ atque firmatæ, cur nunc legationis mentio fiat, nec dum potui diligenter aduertere, vel cur legatorum nomina postulentur, ignoro. Vnde tandem aliquando motis superfluis, negotium prouocatur.

## LXXVIII.

Emeritus episcopus dixit: Mandatum quod in recenti negotio recitatum est, actis videtur inferum. Quid autem per legatos suos mandauerint, insinuare noluerunt. & alia manu: Emeritus episcopus saluo effectu appellationis nostræ recognoui.

## LXXIX.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Collationem

tionem postulatam euidenter recitata principalis sanctio declarauit, hancque fuisse concessam restat. Et quoniam in vnum sanctitas vestra, delectis ab vtraque parte qui negotium possent actitare, conuenit; quaso vos vt tandem proponere negotium, & peragere atque explanare dignemini. Emeritus episcopus dixit: Hoc ipsum dicat quod prudentia tua sua interlocutione signauit. & alia manu: Emeritus episcopus salua appellatione nostra recognoui.

LXXX.

Augustinus episcopus ecclesie catholice dixit: Hoc olim clamamus vt fiat: Collatio postulata est, collatio concessa est, causa collationis vtrique venimus. Iam tandem fiat, quod & petatum fatemur, & concessum esse ipsa concessio declarauit. & alia manu: Recognoui. Emeritus episcopus dixit: Postulatam esse dixit, per quem petiit? Et alia manu: Emeritus episcopus salua appellatione nostra recognoui. Possidius episcopus ecclesie catholice dixit: Finem superfluis imponere noluit. & alia manu: Recognoui. Montanus episcopus dixit: Tu ad actionem moras innectis. & alia manu: Montanus episcopus recognoui, saluo prouocationis effectu.

LXXXI.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Legatorum persone ibi fuerant exigende, vbi peracta legatio est. Cum autem de nominibus legatorum clementissimus tacere voluerit imperator, cur hic desiderentur ignoro. Emeritus episcopus dixit: Ipsi non taceant, si tacuit imperator. & alia manu: Emeritus episcopus salua appellatione nostra recognoui.

LXXXII.

Fortunatianus episcopus ecclesie catholice dixit: Causam dicant, vt iam diximus, separationis & diuisionis ab ecclesia toto terrarum orbe, promissa lege, firmata testimoniis prophetarum, luce clarius demonstrata euangelio, vsque hodie magna firmitate perducta: & discedant moratoria tergiuersationes, & separationis crimen vel sero cognoscant. & alia manu: Recognoui.

LXXXIII.

Montanus episcopus dixit: Cum edideris ea que po-

stulamus, assertionibus nostris non deerimus. & alia manu: Montanus episcopus prosecutiones meas, saluo appellationis effectu, recognoui.

## LXXXIV.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Legationem a catholicis susceptam imperialis sanctionis tenor ostendit, in qua collationem constat fuisse postulatam. Cui me iudicem idem clementissimus princeps voluit residere. Vnde quoniam de personis legatorum nihil inquirere præceptus sum, nec excedere me posse præcepti formam vestra sanctitas mecum melius recognoscit, dignamini tandem aliquando negotium proponere, vt & ipsi veritati & principali iussioni satisfactum esse in omnibus videatur.

## LXXXV.

Emeritus episcopus dixit: Quid secreto agatur intelligis, vir spectabilis, dum rem in medio positam & pene ipsa luce clara volunt nebulis obligare. Collationem imperiale præceptum inter partes fieri, pro sua censuit voluntate: nos quoque secundum eorum petitionem vt dicunt, quam nunc in iudicio negant, quam approbare nolunt. & alia manu: Emeritus episcopus, salua appellatione nostra, recognoui. Augustinus episcopus ecclesie catholice dixit: Non negamus. & alia manu: Recognoui. Emeritus episcopus dixit: Quam publicare detrectant, prouinciis nostris acciti, conflictum quod se proponere pollicetur, refugere nos non debere omnino profiteamur. Igitur quoniam nihil de re, nihil de causa, nihil de persona actum est, cum primitus illud debeat ventilari, vttrum petierint, per quos petierint, vel quid petierint, quare id fileant, quare non publicent, aduertit sublimitas tua. Si concordant petitiones, debent in iudicio ventilari. Si neutrum volunt, vnus debent facere cessionem. Si ad prioris mandati volunt nos tenere consensum, non negamus secundum imperiale præceptum adesse nos conflictationi debere. Si autem secundum præsens mandatum volunt agere, debent cognitionem eiusdem quoque rei: profiteantur ad stipulationem. Si dubitant proponere, vt nos eorumdem propositionibus respondere valeamus, videat prudentia tua, non e nostris partibus nasci

quominus negotium ventiletur. quippe cum hac ago & hac quodammodo ianua ad negotii merita descendendum sit, intelligit prudentia tua, vel negare saltim eos, vel reticere, vel contemnere respondere propositionibus nostris: vt cum hac aduerteris, iudicare digneris. & alia manu: Emeritus episcopus saluo effectu appellationis nostræ recognoui.

LXXXVI.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Quid petierint, vel quid pertulerint, inquirere me debere non iussit clementissimus imperator. quare autem petita collatio sit, apertissime demonstratum est, id est, vt superstitionem ratio manifesta confutet. Hoc hodie fieri posse non dubium est: siquidem delectas ab vtraque parte personas, conuenisse agnosco. Vnde iam, sicut sæpius interfatus sum, negotium proponatur.

LXXXVII.

Emeritus episcopus dixit: Petierunt, aut non petierunt. Si petierunt, dicant per quos, vel quid petierunt. & alia manu: Emeritus episcopus salua appellatione nostra recognoui.

LXXXVIII.

Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Sufficit iam rescripti recitatio. Agnouerunt quid voluerit inter nos discuti clementissimus imperator, remoueantur superflua, ad causam veniamus. Considerandum est enim quid agat pars diuersa, vt quemadmodum priore iudicio longitudine præteritorum gestorum prætendit dilationem, ita etiam hodie desiderat superfluis codices onerare, vt item causentur de mora describendorum vel edendorum gestorum. & alia manu: Recognoui. Montanus episcopus dixit: Tu moras innectis, cum non profers quod nos a te flagitamus. & alia manu: Montanus episcopus prosecutionem meam recognoui, saluo prouocationis effectu.

LXXXIX.

Petilianus episcopus dixit: Proxime præterita cognitione atque controuersia, quamuis ante causæ principium ventilatū, non nostro vitio neque nostra petitione dilationem prouenisse manifestum est, sed humanitate



iudiciorum tuorum, quam non poteras denegare : quippe cum exceptores onerati longitudine controuersæ ac prolixitate, id etiam professione sua responderint. Vnde quoniam ista peracta sunt, sed fecit inde hodie mentionem, ideo hæc volui replicare. At nunc eosdem nunc moras innectere, eosdem in præsentî actione obtendere nebulas, ne ad eorum mendacia veniamus, ipsa eorum taciturnitas monstrat. Loquuntur enim, cum tacent, se vereri id proferre, quod clementissimo imperatori mentiti sunt. Si igitur freti sunt bonæ petitionis voluntate atque ordine, quid eam dubitant ventilare? Et quoniam potestas tua meminisse dignatur, id priore controuersia agitatum, vt aut iure publico agerent, aut legis dominicæ auctoritate descenderent disputare, idque suo mihi promissere consensu, nobilitas autem tua id sibi exceperit, a legibus tolli se minime oportere, tuarum partium est, vir nobilis, id tenere quod legum est: illorum autem est promissa necessitas, vt lege diuina debeant experiri. Si igitur apud te legibus publicis agitur, quoniam tu iisdem præsidere te professus es, exige quod leges habent. Si autem disputatio legalis in medium mittitur, interrogo te his quid desideras disputare, quid petiueris, quid egeris, quid contra me dixeris. Quem si inuenero vera dixisse, necesse habeo eius legis disputationem committere. Si autem cognouero a perfidia atque mendacio te cœpisse, necesse est vt tuam personam longe prorsus euitem. Quid enim mihi prodest docere mendacem? Quid mihi prodest refragatori ac refragaturō reddere rationem? Et alia manu: Petilianus episcopus sine præiudicio appellationis nostræ recognoui.

XC.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Collationem a catholicis tantum postulatam fuisse relecta imperiali sanctio declarauit.

XCI.

Petilianus episcopus dixit: Catholicos nos esse acta contineant. & alia manu: Petilianus episcopus recognoui.

XCII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Necesse

ANNO CHRISTI 411. est me eos nomine appellare, quo eos appellari voluit clementissimus imperator.

XCIII.

Petilianus episcopus dixit: Ante causam nomen inane est illis. Etiam de ipso nomine erit disputatio nobis, atque contentio: cum demum obtinebit hoc nomen, qui fuerit inuentus esse Christianus. & alia manu: Petilianus episcopus recognoui.

XCIV.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Certum est post habitum conflictum eos catholicos nuncupandos, apud quos veritas fuerit deprehensa. Ego autem etiam in hac parte formam necesse habeo sequi præceptionis augustæ, in qua catholicos eos appellare dignata est.

XC V.

Petilianus episcopus dixit: Sine præiudicio nostro hoc interfari dignata fuerit prudentia tua. & alia manu: Petilianus episcopus recognoui, saluo nostræ appellationis effectu.

XC VI.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Sanctitas vestra, si eos falso hoc nomine asserit nuncupandos, negotium proponere tandem aliquando dignetur, quatenus de præsumpto nomine, si potuerit comprobari, pars e diuerso consistens, in omnibus confutetur.

XC VII.

Emeritus episcopus dixit: Magnis actum est voluminibus, & respondere noluerunt, tenentes apud se quodam præiudicio voluntatem, ne satisfacerent iudicatis. & cum diceret, alia manu: Emeritus episcopus salua appellatione recognoui: Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Quibus iudicatis? & alia manu: Emeritus episcopus dixit: Vel illud reuerentiæ ac patientiæ iudiciorum præstare dignentur, vtrum petitoris loco adstant, vtrum ipsi proponant, vtrum ipsi nos in iudicium vocent, vt cum ex eorumdem responsione vel hoc cognitum fuerit, ad eorum propositiones respondere valeamus. & alia manu: Emeritus episcopus salua appellatione recognoui.

## XCVIII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Respondeatur obiectis. Augustinus episcopus ecclesie catholice dixit: Ecclesia, quod audire non vultis, & necesse est audiatis, quoniam tot testimoniis & diuinis eloquiis proclamatur, toto terrarum orbe diffusa, cuius communionem videmur tenere, falsis criminationibus a vobis appetita est. vnde exitit vestra separatio, quam dolemus. Istae criminationes quibus infectari soletis ecclesiam toto, sicut promissa est, orbe diffusam, hodie audire volumus vtrum verae sint. Si enim verae sunt istae criminationes, quas ecclesiae memoratae obiicere consuevistis, si eam pollutam, maculatam, euersam, destructam & extinctam, nescio quibus vestris criminibus demonstrare potueritis, supererit vt quaramus, vtrum apud vos remanserit, quam vbique perisse clamatis. Si autem illa perire non potuit, superest vt eam vos agnoscatis, & litem tandem aliquando finiatis. & alia manu: Recognoui. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Accepistis prosecutionem partis aduersae: cui respondere dignamini.

## XCIX.

Emeritus episcopus dixit: Puto importunum esse alienam causam velle defendere, & in id medium negotium mittere, quod praeter ruborem non potest vnusquisque sine mandato in iudicio ventilare: Possem enim nunc asserere & clamare aduersus istos vniuersum orbem reluctari, reniti. Non vobis mandavi, ab huius cognitionis euentu longe mea posita est conscientia, ego agnosco victorem, quicumque iustis legitimisque ex causis Christianus fuerit approbatus, ille meus est catholicus, illi hoc nomen imponitur, ille debet sibi hanc regulam vindicare, quamuis ipsa catholica quae nunc pro praescriptione partis aduersae quasi in fronte quadam rite aduersum nos temperari cognoscitur, medium esse debet, & in iudicio ita constitui, vt hoc nomen victor accipiat. Intelligit prudentia tua nihil nobis de peregrinis, nihil nobis de longe positis prauiudicari posse, cum inter Afros hoc negotium ventiletur; sed magis hoc expectari, vt quicumque ex veridica cognitione fuerit superatus, is ab orbe videatur esse reiectus. Intelligant e diuerso venientes, propositio-

ANNO  
CHRISTI  
411.

nibus nostris se respondere debere, vt adstantes aut non adstantes, quid personæ gerant, dicere non morentur, vt eorum intentionibus respondere valeamus. & alia manu: Emeritus saluo nostræ appellationis effectu.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Quid refertur?

Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Personas primo die iudicii esse firmatas, & sequenti etiam die interlocutionis tuæ. & cum diceret, & alia manu: Recognoui:

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Aliud quæsitum est.

C.

Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Interlocutionis tuæ forma declarauit. Sed quia dicit cum peregrinis Christianis non se habere aliquam rationem, sed hoc totum quod agitur inter Afros agi; Afrorum Christianorum catholicorum hæc vox est: Nos vniuerso orbi Christiano communionem cohæremus: hanc ecclesiam elegimus retinendam, quam in eis scripturis inuenimus. & alia manu: Recognoui.

Emeritus episcopus dixit: Sic semper eligere & mutare consuesti. & alia manu: Emeritus episcopus salua appellatione recognoui.

CI.

Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Nos eam ecclesiam retinemus, quam in illis scripturis inuenimus, in quibus etiam cognouimus Christum. Scripturæ quippe nostræ, quarum auctoritati vtrique subdimur, Christum & ecclesiam tamquam sanctum commendant coniugium, Christum sponsum, illam sponsam. Vbi illum cognoscimus, ibi & illam inuenire debemus. Si itaque nunc exorti essemus, & cogitarem in Africa cui communioni Christianorum sociari debemus, procul dubio eam tenere debuimus, quam in scripturis inueniremus, & criminatrices opiniones hominum repudiare, ad sola eloquia diuina, quæ mentiri nesciunt, nos tenere. Hoc fecerunt Christiani Afri, & appellantur & merito sunt catholici, ipsa sua communionem nomen testantes: catholoni enim, secundum totum, dicitur. Qui autem a toto separa-

tus est, partemque defendit ab vniuerso præcisam, non sibi vsurpet hoc nomen, sed nobiscum teneat veritatem. & alia manu: Recognoui.

## CII.

Gaudentius episcopus dixit: Catholicum nomen putant ad prouincias vel ad gentes referendum, cum hoc sit catholicum nomen, quod sacramentis plenum est, quod perfectum, quod immaculatum, non ad gentes. Nam doceat sibi omnes gentes communicare, & plenus est catholicus. Sed prius est tamen, vt doceant quid petierint, quid meruerint. & alia manu: Gaudentius episcopus salua appellatione nostra recognoui.

Petilianus episcopus dixit: Vtrum debeant edere quæ poposcimus necne, statuere dignare, vt scilicet. cum diceret: & alia manu: Petilianus episcopus sine appellationis nostræ præiudicio recognoui: Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Aut interloquere, aut iube nos satisfacere postulatis. & alia manu: Recognoui.

## CIII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Ad transacta recurritur. & adiecit: catholici nominis doceatur assertio, & illud quod pars e diuerso sistens credidit prosequendum, vtrum in omnibus gentibus eadem catholica esse ostendi possit ecclesia.

## CIV.

Emeritus episcopus dixit: Si proponit, doceat. & alia manu: Emeritus episcopus recognoui. Petilianus episcopus dixit: Dignare pronuntiare de supra comprehensis. & alia manu: Petilianus episcopus salua appellatione nostra recognoui. Emeritus episcopus dixit: Si proponit, doceat. Nam si proponere noluerit, quemadmodum docebit? & alia manu: Emeritus episcopus saluo effectu appellationis interpositæ recognoui.

## CV.

Petilianus episcopus dixit: Pronuntia de singulis. & alia manu: Petilianus episcopus sine præiudicio appellationis nostræ recognoui. Possidius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Quod postulauerunt, doce me. & alia manu: Recognoui. Petilianus episcopus dixit: Hoc nobis debet tua persona. & alia manu: Petilianus episcopus

ANNO CHRISTI 411.  
pus sine præiudicio appellationis nostræ recognoui.

CVI.

Emeritus episcopus dixit: Petimus vt nulla sit mora; vt aut proponentis aut respondentis possit esse persona. Igitur quoniam approbandum est, & de causa iam in iudicio ventilandum, edicant vtrum petunt, aut respondent, vt cum eorum intentionem in iudicio videro, valeam respondere. & alia manu: Emeritus episcopus salua appellatione nostrâ recognoui.

CVII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Iusta poscuntur, sanctitas vestra dignetur edicere, vtrum petitoris loco in iudicio adstare videatur.

CVIII.

Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Tuæ sublimitatis est iudicare, nos ad eorum criminationes refellendas ingressi sumus. Solent ecclesiam quam tenemus crimine traditionis arguere. & alia manu: Recognoui.

CIX.

Emeritus episcopus dixit: Quis me in iudicium vocavit? ad cuius suggestionem conflictum voluit fieri imperator? & alia manu: Emeritus episcopus saluo effectu appellationis recognoui.

CX.

Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Solent ecclesiæ quam tenemus, crimina traditionis obiicere, & nescio quorum peccatis eam contendere esse destructam & extinctam. & alia manu: Recognoui.

Emeritus episcopus dixit: Non hoc a te petii: fac satis iudicatis. & alia manu: Emeritus episcopus saluo effectu appellationis recognoui. Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Atque his criminationibus fallere corda simplicium, de quorum salute satagimus, his nos permoti, conuenimus eos, vt nobiscum conferrent, & quod intendunt vtrum probare possent in ecclesiam cui intendunt ostenderent. Quam conuentionem nostram quoniam recusauerant, cum autem nuper in comitatû venissent quidam illorum apud acta etiam præfectoria dixerunt audiri se velle, discuti velle amplectentes nos, aliquando eorum de collatione consensum, petendum ab imperatore

credidimus, vt collatio ad hoc fieret, vt ea crimina quæ solent dicere in vniuersam ecclesiam aut probarent, vt veritas appareret, aut non probarent, vt nihil ominis veritas appareret. Hæc crimina si volunt aut possunt ostendere, proferantur & demonstrantur. Si autem non possunt aut nolunt, iam tuæ sublimitatis est de re tota, sicut ratio ipsa indicat, iudicare. & alia manu: *Recognoui.*

## CXI.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: *Accipistis prosecutionem partis aduersæ. Si quid obiicitis, iamiamque proponite.*

## CXII.

Petilianus episcopus dixit: *Pronuntiet prius nobilitas tua vtrum recte petamus quæ petimus, necne. tum demum eis ad singula respondebimus. & alia manu: Petilianus episcopus sine præiudicio appellationis nostræ recognoui.*

## CXIII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: *Recte vos petere prosecutionis vestræ textus ostendit: & recte respondisse partem e diuerso sistentem, eorumdem similiter prosecutionibus declaratum est. Assertum est enim quod criminibus nescio quibus ecclesiam quam tenent a vobis hodieque asserant incestari. Quæ si qua sunt, debetis edicere. Si vero non sunt, est necesse vt ad hæc respondere dignentur.*

## CXIV.

Emeritus episcopus dixit: *Sic igitur causa, hæc iudicii forma est, sic veritas inquiritur, vt de persona taceatur. Dicit me nescio quo auctore crimina in ecclesiam ventilare, & quasi per famam quamdam honorem suum meritumque destruere: quidquid velit, quo nomine velit, quo potest argumento, huic ipsi causæ nomen imponat, necesse est, vt quia iterum prouocat, petitor assistat. Vtrum ego dixerim necne, vtrum vere dixerim annee confinixerim, cum ipsius propositione cognouero; cum ea quæ mihi obiicit vera esse, & ex me prolata constiterit, tunc demum necesse est eorumdem me intentionibus respondere. Videt ergo prudentia tua sine prouocante respondentis esse superfluum personam, nec posse quem-*

quam dici respondentem, nisi primo fuerit prouocator. Ergo si prouocatoris loco, hoc est quod dicitur petitoris adfuit, instituat actionem, cui respondere debeam. Sæpissime enim dicunt, nos superfluis moratoriis vti, ne ad negotium veniatur. Ergo cum iste cardo sit causæ, vt is qui alterum in iudicium vocat, instituere actionem debeat, & prouocare ad responsionem, aduertat prudentia tua, eos profequi debere, vtrum nobis vel quam instituant actionem, vt respondere possimus. & alia manu: Emeritus episcopus saluo effectu appellationis nostræ recognoui.

CXV.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Edicat pars catholica vtrum e diuerso sistentibus obiiciendum aliquid credit.

CXVI.

Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Nos collationem poposcimus vbi obiecta diluamus, non vbi obiiciamus diluenda. Quandoquidem cum illi obiecta probare non potuerint, quid sint, quid remaneant, nobis non dicentibus manifestum erit omnibus, & a tua sublimitate iudicabitur. Nunc ingressi sumus diluere criminationes eorum, quas solent ecclesiæ quam tenemus obiicere: mandatum quoque ipsorum hoc continet: Aduersus traditores & persecutores nostros. Quondam autem Primianus, si dignatur, frater noster, conuentus pro ipsa collatione respondit: Indignum est vt in vnum conueniant filii martyrum & progenies traditorum. Hæc crimina diluenda suscepimus: vt hæc crimina diluantur istam collationem poposcimus. Concessa est: aut probentur aut purgentur. & alia manu: Recognoui.

CXVII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Mandati series traditorum partem e diuerso sistentem esse profitetur. Collationem vero, si tamen profecutio catholicæ partis veritate subnixa est, ab vtrisque partibus constat esse postulatam. Vnde nunc id quod mandato videtur expressum, sanctitas vestra probationibus fulcire dignetur. Accepistis enim ex eorum profecutionibus magis a vobis aliqua obiici, & ea obiecta se velle diluere.



## CXVIII.

Petilianus episcopus dixit: Pronuntiare dignare de persona, tunc itur in causam. & alia manu: Petilianus episcopus sine præiudicio appellationis nostræ recognoui.

## CXIX.

Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Iam non est nostrarum partium, de hoc aliquid superfluo respondere. & alia manu: Recognoui. Possidius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Interlocutiones superiores sublimitatis tuæ recitentur, & agnoscant quid postulant. & alia manu: Recognoui.

## CXX.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Si collationem ab vtriusque partibus constat esse postulata, constat eum esse petitozem, qui crimen intendit.

## CXXI.

Emeritus episcopus dixit: Doceat ab vtriusque partibus collationem esse in iudicio flagitamam. & alia manu: Emeritus episcopus recognoui.

## CXXII.

Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Docemus. & alia manu: Recognoui.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Hoc pars catholica docere debet.

Adeodatus episcopus dixit: Catholicos nos esse scriptum sit. & alia manu: Adeodatus episcopus prosecutionem meam saluo appellationis effectu recognoui.

Fortunatianus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Donatistas vos esse ex Primiani mandato docemus. & alia manu: Recognoui.

## CXXIII.

Adeodatus episcopus dixit: Cæcilianistas vos esse scriptum sit. & alia manu: Adeodatus episcopus prosecutionem meam salua appellatione recognoui.

## CXXIV.

Fortunatianus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Si præcipis, gesta recitamus, in iudicio habita præfecturæ, vbi se pars aduersa audiri tantopere flagitavit: Et ideo, si præcipis, recitentur. & alia manu: Recognoui.

ANNO CHRISTI 416  
 Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Gesta habita in iudicio illustrium potestatum, suscepta ab officio recitentur.

Petilianus episcopus dixit: Contra hæc serua quæ competunt. & alia manu: Petilianus episcopus sine præiudicio appellationis nostræ recognoui.

CXXV.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Salua erunt. Petilianus episcopus dixit: De persona pronuntia. Quid petierint, quid suggererint clementissimo imperatori; quidve mentiti sint, hoc prodatur. Hic pronuntia vtrum id superflue flagitem, necne. tum demum itur in causam. & alia manu: Petilianus episcopus salto merito appellationis nostræ recognoui.

CXXVI.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Collationem fuisse postulatam missis legatis sermo cælestis ostendit. Hanc fieri euidenti sanctione præcepit, qua iudicem residere pariter constitutum est. Excedere me huius præceptionis formam etiam sanctitas vestra omnino non posse, mecum melius recognoscit.

CXXVII.

Petilianus episcopus dixit: Pronuntiare te constanter conuenit, vir nobilis, vtrum proferri debeant illa quæ clanculo habentur, quæ rubore compressa sunt mentientium: aut certe si superflue petimus, hoc pronuntia. & alia manu: Sine præiudicio appellationis nostræ recognoui.

CXXVIII.

Fortunatianus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Si quid est quod contra nos vbi mentitos esse pars aduersa designat proferre poterit, iam proferat, ne superfluis nos accusationibus agens, populus adhuc vsque cui consulere volumus decipiatur. Et ideo si nobilitas tua præcipit, apud præfecturam gesta habita recitentur. & alia manu: Recognoui.

Petilianus episcopus dixit: Ordine suo cuncta legantur. Legantur primo quæ petimus. Et alia manu: Petilianus episcopus sine præiudicio appellationis nostræ recognoui.

## CXXIX.

Emeritus episcopus dixit: Hoc est quod volebamus in iudicio prodi, vtrum imperialibus auribus intimari nos in iudicio præfecturæ, vel voluntarios adstitisse, vel quæfisse conflictum. Si enim ista dixisses, possem te digestorum fide in iudicio confutare. Si autem non dixisses, intelligat is qui cognitor datus est de omnibus se imperatoria notioni referre oportere. Igitur quoniam evidentissime comprobamus istos docere minime valuisse, vel ea quæ imperatoris auribus intimasse se dicunt, vel vtrum ierint, vel quando ierint, vel cum quo mandato ierint, hoc ipsum potestas tua iudicare dignetur: vt si putant personam nostram tamquam petitorum de actorum confectioe quæ apud illustrissimas potestates in iudicio habita sunt comprobare, cum excitatione gestorum fuerit approbatum, iudicare digneris. & alia manu: Emeritus episcopus salua appellatione nostræ recognoui.

## CXXX.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Ad ea ex quibus constat esse transitum, regressum fieri minime oportere sat clarum est. Vnde vt euidenter petitoris persona monstretur, illustrium potestatum gesta relegantur.

## CXXXI.

Petilianus episcopus dixit: Nebula est ista quæ obtenditur. Nam ab initio ipsos esse petitores, certo loco monstrabimus, cum dignaberis de his quæ iamdudum petiuimus atque petimus pronuntiare. & alia manu: Petilianus episcopus sine præiudicio appellationis nostræ recognoui.

## CXXXII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Etiam sanctitas vestra quæ offert per ordinem relegentur. & adiecit: Patimini nunc interim quæ postulata sunt ab officio recitari.

## CXXXIII.

Petilianus episcopus dixit: Pronuntia, & patior recitari. & alia manu: Petilianus episcopus saluo merito appellationis nostræ recognoui.

## CXXXIV.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Petitoris

ANNO CHRISTI 411.  
 persona tunc aperte poterit demonstrari, cum hoc gestis  
 euidentissimis fuerit approbatum.

CXXXV.

Petilianus episcopus dixit: Pronuntia me recte an non recte petisse, quod diutius flagitauit. Res enim nobis cum populo est, tecum: tu quoque cum populo uoluisti habere rationem, qui de iudicio tuo uoluisti iudicari. & alia manu: Petilianus episcopus sine præiudicio appellationis nostræ recognoui.

CXXXVI.

Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Legantur gesta. & alia manu: Recognoui.

CXXXVII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Pronuntiare me postulat sanctitas tua, cum ab aliqua parte gesta necessaria probationibus publicentur. unde hoc fieri patiatur sanctitas tua: tum demum, utrum de parte negotii pronuntiari debeat, existimabo.

CXXXVIII.

Petilianus episcopus dixit: Aliud ostendit, cum aliud postulem. Conscientia ipsa publica tenet, nec tacebo ulterius, nec differam, vir nobilis, te ipsum populo fuisse edictis frequentibus pollicitum, quidquid auditurus esses inter disceptantes scilicet partes, te rursus edictis subsequentibus prolaturum. Tu hoc uideris, tuæ existimationis est causa, utrum tam facile me cogere debeas de causâ meritis disputare, cum id mihi aduersarius meus negauerit, quod ego magnopere postulo esse prodendum. Ipse uideris, ipse hoc quomodo uolueris extimes. Ego tamen tuam desidero prouidere pronuntiationem, quid hoc loco sentias. Mihi hoc expedit, nolo a populo denotari; quod prætermiserim id, & eundem locum prætermiserim, ubi occulte video tegi mendacium, quod debeat publicari. Proinde tu, vir nobilis, qui mediam tenes hoc loco personam, assume illam puram innocentemque constantiam, nec dubites pronuntiare quod licet. Neque enim fas est, ut, cum mihi satisfactum non fuerit, ego cogar ad intima causæ descendere. Unde quidem magnopere præsumo, sed ea quæ expeto non debeo præterire. & alia manu: Petilianus episcopus saluo

merito appellationis nostræ recognoui.

## CXXXIX.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Vt diligentius aduerti possit, quid debeat iudicari, patimini gesta recitari.

## CXL.

Petilianus episcopus dixit: Non is est ordo gestorum, vt hæc primitus recitentur. & alia manu: Petilianus episcopus, salua nostra appellatione recognoui.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Nihil debet partibus denegari.

Adeodatus episcopus dixit: Si nihil partibus denegandum, tandem nobis cedendum est quod flagitauius. Ostendant legationem. Neque enim nudis verbis hæc potuit concipi legatio; scripta sunt, demonstrantur, prodantur in publicum: videamus vtrum hæc contra nos vera an falsa sint ficta. & alia manu: Adeodatus episcopus prosecutionem meam salua appellatione recognoui.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Iam pronuntiaui atque iudicaui, formam me excedere non posse imperialis oraculi. Nec enim in iudicio meo legatorum certum est discuti debere personas. Vnde gesta relegantur, vt quis petitoris loco assistat, clarius demonstretur.

Adeodatus episcopus dixit: Hoc imperator non præcepit vt gesta illustrium potestatum in iudicio prodantur, & tamen datur aduersæ parti licentia prodendi. Produnt ipsi quæ volunt, nobis non finitur accipere quod poscimus. & alia manu: Adeodatus episcopus prosecutionem meam salua appellatione recognoui.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Et sanctitas tua quæcumque gesta obtulerit, vel prolaturam se esse promittit, necesse est vt eadem relegantur.

Adeodatus episcopus dixit: Quæcumque causæ necessaria sunt, negari non debent. & alia manu: Adeodatus episcopus prosecutionem meam salua appellatione recognoui.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Patere igitur, vt hoc quod causæ proprie necessarium dicit pars e diuerso sistens, ab officio recitetur.

Adeodatus episcopus dixit: Concedere non possum, vt  
ca quæ

ea quæ volunt in iudicio ventilent, nisi ea quæ de ipso flagitavi in iudicio deprompserit. & alia manu: Adeodatus episcopus prosecutionem meam salua appellatione recognoui.

Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Nos ista de archiuis accepimus. Si quid est quod & tu accipere potuisti, si recitandum poposceris, & a nobis fuerit contradictum, iniquos deputa, & vicem redde. & alia manu: Recognoui.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Suspicionem iudiciis facis, quod ea non pateris, cum & tibi fas sit vniuersa quæ ingesseris publicare. Vnde tandem aliquando ea quæ oblata sunt recitentur.

Petilianus episcopus dixit: Noluisse pronuntiare potestatem tuam quod petimus, acta contineant. Vterius non possumus aliquid dicere, maxime cum videam potestatem tuam aliud velle, cum ego aliud flagitem. Pronuntia superflue me postulare quod peto, sit quod teneam, sit quod populus nouerit: tum demum ad necessaria causæ descendam. & alia manu: Petilianus prosecutionem meam appellatione incolumi recognoui.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Non possum de eo iudicare, quod necdum est approbatum.

Petilianus episcopus dixit: Vtrum recte petam prodi oportere id quod clanculo imperatori suggesserint, hoc pronuntia. & alia manu: Petilianus episcopus hanc prosecutionem meam appellatione incolumi recognoui.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Clanculo imperatori nihil suggestum esse, ad vniuersos iudices datæ sanctionis, & ad meam quoque mediocritatem, ipsius recitatione monstratum est: vnde cum ex lectione gestorum agnouero quid debeam iudicare, sine dubio iudicabo.

CXLI.

Martialis exceptor recitauit: Exemplum actorum habitum sub die tertia Kalendas Februarias Rauennæ. Domino nostro Arcadio perpetuo Augusto, & Probo quartum consule. & cum recitaret, Petilianus episcopus dixit: Si iubes contra hoc aduertit sublimitas tua, non adhuc satisfactum petitionibus nostris, vt exceptione eo-

rum constaret ipsos esse petitores, ipsosque intendere oportere, quæ obiicienda esse putauerunt. & alia manu: Petilianus episcopus prosecutionem meam appellatione incolumi recognoui.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Iam nunc ex lectione gestorum, qui petitor assistat euidenter aperteque monstrabitur.

Petilianus episcopus dixit: Sunt longe primitus gesta confecta, quibus spectabilis viri proconsulis. & cū diceret, & alia manu: Petilianus episcopus recognoui, Possidius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Prosecutiones suas formidat, ideo gesta recitari non permittit. Et cum diceret, & alia manu: Recognoui, Petilianus episcopus dixit: Sunt gesta habita in iudicio proconsulari, habita etiam in iudicio vicariæ præfecturæ, quibus nobis plurima intendisse monstrat. Sunt etiam alia quæ de clementissimo imperatore idem scilicet mentientes longe ante petiuerunt, assistentes ac supplicantes, scilicet Theodosio & Ennodio, illos scilicet quos præcursores ac nauigatores semper habent, furiaque suos legatos, qui expetant sanguinem, expetant proscriptiones, incutiant metus, pericula ingerant, homines per prouincias diuersas occidant. Hæc omnia igitur principio præcipe recitari, tum demum eos inuenies petitores. & alia manu: Petilianus episcopus prosecutionem meam salua appellatione recognoui.

## CXLII.

Possidius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Qua impatientia & tumultu agant, sit testatum his gestis, interlocutione nobilitatis tuæ: causam enim satis timent, ad cuius meritum omnino descendere nolunt. Non sint vacua omnia quæ a partibus nostris in prosecutionibus tanta dicta sunt de ecclesiæ Dei promissionibus & exhibitionibus. Quid tergiuersantur? Quid nescio quæ forensia rimantur? Iam dignetur nobilitas tua pronuntiare faciem defensionis eorum. & alia manu: Recognoui.

## CXLIII.

Petilianus episcopus dixit: Ordine suo a principio cuncta recitentur: tum demum inuenies petitorem. & alia manu: Petilianus episcopus prosecutionem meam appellatione incolumi recognoui.

CXLIV.

ANNO  
CHRISTI  
411.

Augustinus episcopus ecclesie catholice dixit: Si a principio, ex quo causa ad imperatorem Constantinum miserunt criminum Cæciliani, iube recitari. & alia manu: Recognoui. Fortunatianus episcopus ecclesie catholice dixit: Quia voluistis de prioribus gestis mentionem facere. Et cum diceret: & alia manu: Recognoui,

CXLV.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Hæc gesta quæ recitari postulat sanctitas vestra, posteriora sunt his gestis quæ obtulit pars catholica, an priora?

CXLVI.

Petilianus episcopus dixit: Non est equidem pars catholica, nisi quæ huius conflictationis sumpserit palmam. Igitur cupimus recitari quæ in iudicio proconsulari & vicarie præfecturæ, ab ipsis sunt ante longius prompta atque petita. & alia manu: Petilianus episcopus prosecutionem meam appellatione incolumi recognoui.

Possidius episcopus ecclesie catholice dixit: Si de causa præsumeres, ad causæ meritum venires. & alia manu: Recognoui.

CXLVII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Sine præiudicio catholicos dico, sequens nuncupationem clementissimi principis. Vnde ea gesta quæ antiquiora sunt, si placet, ab officio recitentur.

CXLVIII.

Possidius episcopus ecclesie catholice dixit: Offerimus antiquissima, quæ petimus suscipi ab officio, præcipiat nobilitas tua ea recitari.

CXLIX.

Petilianus episcopus dixit: Si hoc potestati tuæ mandatum est, si non recefferunt ab his quæ iamdudum promiserant se legaliter agere oportere, redde nobis illam primam obiectionem, cuius visi quodammodo sumus sub huius exceptionis ratione fecisse iacturam. Si igitur ad legem se retinet, peruidet potestas tua nullatenus eos harum chartularum, quas proferunt, facere posse mentionem: & nunc etiam atque etiam flagito, vt promant quid eligant, vtrum forensi actione mecum agant, an le-



gali concertatione disceptent. & alia manu: Petilianus episcopus prosecutionem meam incolomi appellatione, recognoui.

## CL.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Suscipiat officium quæ ab vtrisque partibus offeruntur, & conferat tempus, vt quæ priora esse constiterint, eadem recitentur.

## CLI.

Petilianus episcopus dixit: Sensim in causam inducimur. & alia manu: Petilianus episcopus prosecutionem meam appellatione incolomi recognoui.

## CLII.

Possidius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Quod petistis, offerimus, non vos pœniteat petisse. Antiqua gesta voluistis recitari, hæc in manibus habemus, iubeat nobilitas tua quod offerimus recitari. & alia manu: Recognoui.

## CLIII.

Petilianus episcopus dixit: Me id petisse adhuc recalent gesta, vt ea quæ imperatori mentiti sunt, proferant, legant quæ obiecerunt, contra hæc huiusmodi nebulas, vt vellent acta relegere quæ sunt habita in iudicio præfecturæ, his quæ ego longe prætuli, antiquiora. Igitur, vir nobilis, si tenor se ita habet causæ sicut ab initio videtur esse formatus, aut iacturam chartularum istarum publicarum faciant, & ad legalem disceptationem veniant; aut si his rebus vti desiderant, faciant legis diuinæ iacturam. & alia manu: Petilianus episcopus prosecutionem meam appellatione incolomi recognoui.

## CLIV.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Proconsularia gesta & habita in iudicio illustrium potestatum, officium diligenter inspiciat, vt ea quæ priora sunt, primitus recitentur.

## CLV.

Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: A dea quæ profecuta est modo pars diuersa, paucis aduertat sublimitas tua: Nos ecclesiam catholicam retinere, ipsa nostræ communionis testificatione monstramus. quam

ANNO  
 CHRISTI  
 411.

ecclesiam probare discedimus, si permittant, non rümo-  
 ribus humanis, neque errantibus opinionibus, sed diui-  
 nis eloquiis declaratam. Vt autem leges, vel gesta, vel quæ-  
 cumque de archiuis prolata offeramus in hac collatione  
 recitanda, ipsi cogunt, qui talibus agunt. Nam si remotis  
 huiuscemodi omnibus chartis, nollent ecclesiam nisi in  
 scripturis aduerti, nihil vellemus, nihil aliud optaremus.  
 Crimina dicunt traditionis: ea crimina traditionis, aut  
 non probant archiuis & nihil dicunt: aut probant, & ar-  
 chiuis nos vicissim agere compellunt. Itaq; prouidet pru-  
 dentia tua, distinguendas esse causas, quando cogamur  
 publicis legibus agere; quando autem velimus & opte-  
 mus negotium ecclesiæ, non nisi diuinis eloquiis termi-  
 nare. & alia manu: Recognoui.

Petilianus episcopus dixit: Quid elegerit dicat. Ambo  
 enim tenere non poterunt. & alia manu: Petilianus epi-  
 scopus prosecutionem meam incolumi appellatione re-  
 cognoui.

CLVI.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Apertis-  
 simam prosecutionem partis aduersæ fuisse fat clarum est:  
 in qua id videtur ostensum, vt si traditionis crimen obii-  
 citur, quod sine dubio legibus diuinis non potest appro-  
 bari, sed gestorum fide diligentius inueniri, tum demum  
 gestis publicis omnia peragantur. Sin vero causa fidei cœ-  
 perit agi, tunc ad ea quæ veteris & noui testamenti exem-  
 plis docenda sunt, venietur. Vnde sanctitas vestra, si peti-  
 tionem suam prosecutionemque aduersæ partis vult pro-  
 fessionibus roborari, euidenter ostendat, vtrum traditio-  
 nis crimen, quod probari nullatenus potest, nisi quibus-  
 dam euidentissimis documentis, agi in iudicio desideret,  
 an tantum fidei causam cupit in iudicio mediocritatis  
 meæ disquiri atque terminari.

CLVII.

Emeritus episcopus dixit: Quæ ad causam pertinent,  
 sapius me replicare non pudet: adeo enim & in prima  
 fronte negotii postulauimus, vt mandatū legatorum suo-  
 rum luce clarius demonstraret, ne, cum hæc in iudicium  
 mitterentur, forte renuerent. Possunt enim dicere: Alia  
 mandauimus, non eadem censuimus, nec petenda ab

Pp iij

imperiali præcepto consensimus. Sicut enim nunc. & cum diceret: & alia manu: Emeritus episcopus salua appellatione recognoui,

## CLVIII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Hæc vniuersorum subscriptionibus constat esse mandata.

## CLIX.

Emeritus episcopus dixit: Quoniam duo sunt negotia, duo debent esse mandata; mandatum quod in negotio præsentis recitatum actis insertum est; mandatum vero quod legatis videtur traditum, nullo modo recitatum est. Debemus ergo aduertere, vtrum & hoc ante, vt imperialibus auribus deferretur, ab iisdem videtur esse conscriptum, vt cum vtraque mandata in iudicio fuerint recitata, vtrum vnâ habuerint voluntatem, iudicare digneris. & alia manu: Emeritus episcopus saluo effectu appellationis recognoui.

## CLX.

Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Iam toties conclamauimus, mandatum quod iniunctum est legatis episcoporum, ab episcopis flagitant sibi recitari. Hoc est aliena requirere, ad causam non pertinentia. Mandatum quod nobis propter collationem cum his faciendam iniunctum est, hoc recitatum est, hoc eis sufficiat. Quid si enim aliqua legatis mandata sunt ad causam quidem istam non pertinentia, sed quæ ipsos scire volumus? Sufficit quod imperator collationem nos petisse suo testimonio declarauit. Hæc concessa est, ad hanc venimus, hæc aliquando agatur, si veritati aures hominum patent. & alia manu: Recognoui.

## CLXI.

Adeodatus episcopus dixit: Confessus es quæ olim tacuisti. Ostendisti te multa aduersus nos mandasse, quæ scire non facile debeamus. Vnde aduertit sublimitas tua, quid ex eius prosecutione debeamus aduertere, quid illud mandatum continet, quod contra nos mandatum scire non facile debeamus. & alia manu: Adeodatus episcopus prosecutionem meam salua appellatione recognoui.

## CLXII.

Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Non

ANNO  
CHRISTI  
411.

hoc dixi, non aduertisti, aut dissimulas te audisse quod dixi. Audi, planius hoc dicimus, ne forte culpa mea non intellexeris, dum id obscurius aliquantum dixi studio breuitatis, quod percipere nequueris. Notum est omnibus multas causas habere ecclesiam, & suam & priuatarum personarum sibimet commissarum: & potest fieri, vt ad episcoporum intercessionem multa pertineant. Secreta nobis committuntur negotiorum & causarum alienarum: in quibus nostra interuentio sæpe postulatur, propter quæ auxilium ab ecclesia poscitur. Hæc prodenda non sunt, ne proditores inueniamur. Sufficit tibi, quod collationem me petisse in causa tua ipse testis est clementissimus imperator. nihil ultra quæras, si negotia aliena non quæris. Negotio tuo sufficit, quod de ipsa imperatoris lege recitatum est, quod nostro mandato subscriptionibusque firmatum est. & alia manu: Recognoui.

CLXIII.

Adeodatus episcopus dixit: Non possunt in vno mandato diuersa mandari negotia. Sed si forsitan eadem quæ aduersus nos mandastis, etiam aduersus alias prouincias mandasse te constat, bene facis non prodere. Non te cogo, in medium proferas. Quoniam me primum insequi desideras, seruas hoc aliis prouinciis. Ostendisti quid fecisti, ostendisti quid celes, teneo tuum mendacium, teneo falsitatem. & alia manu: Adeodatus episcopus salua appellatione recognoui.

CLXIV.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Prosecutione sua, vir venerabilis, si dignatur sanctitas tua, diligenter aduertere, non aduersum te aliquid se mandasse, sed ea quæ ad te non pertineant, propria prosecutione signauit. Illud tantum euidenter confessus est, collationem se omnimodis postulasse, & hanc fuisse concessam. Vnde illius mandati, ne excedere videamur imperialis præcepti formam, mentionem fieri video non debere. Quapropter ad ea quæ quæsiuit, sanctitas vestra respondere dignetur, vtrum traditionis crimen, quod archiuis publicis poterit monstrari, agi in iudicio velitis, an ecclesiæ & fidei tantum causam cupiatis inquiri.

## CLXV.

Petilianus episcopus dixit: Urbane nobis eluditur, vt, cum ipsi sint petitores, semperque nostram pacem inquietauerint atque turbauerint, nos loco petitorum constituamur; cum pacis & ecclesie Dei possessores semper fuerimus ac simus. Peto igitur nobilitatem tuam vt hunc ordinem serues. Ostendant quid egerint, ibi inuenies petitores. & alia manu: Petilianus episcopus salua appellatione recognoui.

## CLXVI.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Si sanctitas tua permetteret vel permisisset gesta recitari, iam olim qui petitoris loco assisteret, potuisset ostendi. Vnde vel nunc antiquiora, vt interfatus sum, gesta recitentur. Petilianus episcopus dixit: Ordinem serua gestorum. & alia manu: Petilianus episcopus prosecutionem meam appellatione incolumi recognoui.

## CLXVII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Eorum gestorum quæ a partibus offeruntur, id est proconsularium & illustrissimæ sedis, tempora recitentur.

## CLXVIII.

Possidius episcopus ecclesie catholice dixit: Offerimus chartas antiquiores nostris definitionibus profuturas. & alia manu: Recognoui. Montanus episcopus dixit: Si iubes, de codice lego. & alia manu: Montanus episcopus prosecutionem meam appellatione incolumi recognoui.

## CLXIX.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Sicut statui, ab officio recitetur. Nauigius adiutor numerorum recitauit: Post consulatum domini nostri Theodosii perpetuo Augusti, Idus Septembris Carthagini. & cum recitaret,

## CLXX.

Alypius episcopus ecclesie catholice dixit: Antiquiora proferimus. & alia manu: Recognoui.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Interim ista quæ antiquiora sunt, gesta in sede illustrium habitatum potestatum, patimini relegantur. Nauigius adiutor numero-

micro-

ANNO CHRISTI 411.  
merorum recitavit: Domino Arcadio Augusto & Probo v. c. consule. Et cum recitaret,

CLXXI.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Quæ priora sunt, ab officio suggerantur.

CLXXII.

Rufinus scriba v. c. curatoris, dixit: Ea sunt priora quæ in codice oblata continentur.

CLXXIII.

Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Ecce antiquiora proferimus. & alia manu: Recognoui. Rufinianus scriba v. c. curatoris dixit: Siquidem sicut suggestimus consulē contineant, Theodosii Augusti & Rumoridi v. c. alia vero consulatum contineant domini Arcadii Augusti & Probi v. c.

CLXXIV.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Ea quæ antiquiora sunt, recitentur. Nauigius adiutor numerorum officii v. c. & spectabilis vicarii recitavit: Æquitatem tuam petimus Septimine v. c. proconsulum summe subl. Multa contra diuinas humanasque leges ab hæreticis de parte Donati ecclesia catholica sustinet. Quæ si vel anterioribus vel recentioribus imperialibus iussis prohibenda & tollenda, postulanda vellemus, nequaquam audere deberent de nostris actionibus conqueri, scientes se, cum nulla tali lege adiuuarentur, schismaticos tamen suos Maximianistas, per iudicium iussa locis ac sedibus eorum pellendos exturbandosque curasse. Verumtamen nos saluti eorum & nostræ existimationi pacifice consulentes, propter caritatem qua Christiani sumus, leniter eos volumus admonere, vt errorem suum cogitando & agnoscendo, non negligent; aut si putant se habere aliquid veritatis, non eam furiosis Circumcellionum violentiis contra publicam quietem, sed tranquilla rationis redditione defendant. Vnde petimus sublimitatem tuam: vt cum eos de hac re per magistratus, siue in ciuitatibus, siue in pertinentibus territoriis admonere voluerimus, copiã nobis præberi gestorum, & eos ex allegatione nostra honeste conuenire præcipias: quo consecuti, agamus excellentiæ tuæ apud Deum vberes gratias. Domino Theodosio perpetuo Augusto, & Rumorido v. c. consulibus, Idus

Concil. Tom. 4.

Qq

Septembres, Carthagine, Septiminius v. c. proconsul dixit: In quolibet loco antistitibus legis venerabilis ob quietis imperium gestorum conficiendorum tribuitur facultas; hoc etiam tenore huius præceptionis limitato, vt intelligant se deuiæ plebis magistris salubriter petentibus propriæ persuasionis ratiocinia persolvere, vt rebus in medio prolatis amica legis moderatio seruetur, superstitione sup-  
 plofa. Data ab vniuersis episcopis catholicis ex consilio Carthaginensi. cum recitaret,

## CLXXV.

Petilianus episcopus dixit: Petitor est qui petit, an quid vocabitur? & alia manu: Petilianus episcopus prosecutionem meam appellatione incolumi recognoui.

## CLXXVI.

Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Hæc postulauimus, sed præcedentibus vestris criminationibus & accusationibus. Nam proferimus antiquissima gesta, quibus vestri maiores, tunc in tempore ad Analinum venerunt proconsulem, & illi chartas in quibus dicerent maiorum nostrorum crimina esse conscripta, obtulerunt, & rogauerunt, vt easdem ad Constantinum imperatorem misisset. Has offerimus, & petimus nobilitatem tuam vt eas suscipi ex officio & ex ordine recitari præcipias. & alia manu: Recognoui.

## CLXXVII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Libellus datus a vobis, euidenter ostendit schismatis & hæreseos crimen obiectum; quod probare vos conuenit.

## CLXXVIII.

Possidius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Omnia probabuntur, si ea quæ obtulimus, & suscipi, & ex officio recitari, præcipere fueris dignatus. & alia manu: Recognoui.

## CLXXIX.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Vniuersa per ordinem recitentur. Emeritus episcopus dixit: Ergo loco est petitoris. & alia manu: Emeritus episcopus recognoui. Possidius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Cum chartæ fuerint recitatæ, petitor facilius inuenietur. & alia manu: Recognoui.

CLXXX.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Licet ex his gestis petitorum loco ad stare videantur, tamen melius & euidentius approbabitur, cum omnia fuerint recitata.

CLXXXI.

Petilianus episcopus dixit: Si in forensem conflictum reuertimur, constat eos legis diuinæ fecisse iacturam. Respondeant igitur etiam atque etiam quod exegi, vtrum legibus publicis agant, an legis diuinæ conflictum eligant, alterum de duobus: vtrumque enim tenere non possunt. & alia manu: Petilianus episcopus salua appellatione recognoui.

CLXXXII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Hæc quæ sanctitas vestra obtulit relegenda, non ambigitur, quia in iudicio viri spectabilis proconsulis acta sunt, ad forensem disceptationem absque dubio pertinere. Vnde, sicut interfatus sum, vt diligentius ostendatur qui loco petitoris assistat, etiam illa patimini recitari.

CLXXXIII.

Petilianus episcopus dixit: Contra ista præscribo: Si forensis est actio, huius temporis causam audire præceptus es, vir nobilis: si simpliciter & ecclesiastico more res geritur, acquiescam in ea quæ lege diuina proferuntur, vel a me, vel a parte diuersa: si autem annosas antiquasque chartulas cupiunt recitare, habeo pro me validas præscriptiones, recito illud tempus, cuius sub contestatione prætermisionem interim feci. Lapsum causa incurrit, non potest rursus audiri. & alia manu: Petilianus episcopus salua appellatione recognoui. Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Crimina traditionis obiiciunt. & alia manu: Recognoui. Petilianus episcopus dixit: Hoc causæ est. & alia manu: Petilianus episcopus salua appellatione recognoui. Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Redde vicem, auditus es cum prosequeris nobis patientibus. Crimina traditionis ecclesiæ quam tenemus, obiicere consueuerunt. & alia manu: Recognoui. Petilianus episcopus dixit: Legaliter agit, an more forensi? & alia manu: Petilianus episcopus recognoui. Possidius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Prior

Concil. Tom. 4.

Qq ij



chartas obtulisti. Et alia manu: Recognoui. Petilianus episcopus dixit: Redde mihi tempus; calculetur officium de temporibus, vtrum hodierna die causa dicenda sit, ad forenses descendimus actiones. & alia manu: Petilianus episcopus appellatione incolumi recognoui.

## CLXXXIV.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Etiam vestra sanctitas in hac parte iudicare deberet. Constat enim ex consensu vtriusque partis iudicium fuisse dilatatum. Cur nunc superfluo temporis praescriptionem obiiciendam esse credetis, cum eam constet, ex consensu partium fuisse seclusam? Vnde nunc ea quae ad causam pertinent, peragi debere manifestum est.

## CLXXXV.

Petilianus episcopus dixit: Quia ipsi se ad forensia contulerunt, ideo forensia postulavi. Respondeatur mihi ad ea quae postulo. Forensi more agit, an ecclesiastico? & alia manu: Petilianus episcopus appellatione incolumi recognoui.

## CLXXXVI.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Respondeatur obiectis. Augustinus episcopus ecclesiae catholicae dixit: Si patiat, ecclesiae, quam tenemus, sicut omnes nouerunt, quorum solent animos suis sollicitare criminationibus, etiam sui mandati tenore declararunt, ecclesiae inquam quam tenemus, crimina solent traditionis obiicere. & alia manu: Recognoui. Petilianus episcopus partis Donati dixit: Profiteantur ad quaesita: professionem petiuimus, non conflictum. & alia manu: Petilianus episcopus appellatione incolumi recognoui.

## CLXXXVII.

Augustinus episcopus ecclesiae catholicae dixit: Si horum criminum iacturam faciunt, de chartis publicis nihil proferimus. Si autem in eadem criminatione persistunt, chartis publicis docemus hanc causam olim esse finitam, nec tamen eos ab huiusmodi obiiciendis criminibus cessauisse. Vnde nunc collationem istam poposcimus, non vt illam causam, quam traditionis Caeciliano & eius collegis obiiciebant, suscipiamus denuo finiendam; sed demonstramus olim esse finitam: vt hoc cogno-

ANNO  
CHRISTI  
411.

scentes populi qui nesciunt, & istorum adhuc criminationibus commouentur, tandem aliquando cognoscant, in qua ecclesia Christianæ salutis viam requirant. Si ergo de ecclesia quæritur quæ sit, quanta sit, qualis sit, sola diuina testimonia ad eam demonstrandam sufficient. Si homines appetunt, si hominibus crimina intédunt, quamquam ecclesiæ causa ab hominum causa distinguenda est, nec in hominibus spes ponenda est ecclesiæ, si boni sunt; neque si mali sunt, iudicanda est ecclesia deperisse: sed tamen etiam ipsorum causam tamquam fratrum nostrorum suscipimus, & si nobis ostendi potuerint criminosi, hodie illos anathematizamus: non tamen propter illos ecclesiam a Deo promissam & exhibitam deserimus aut relinquimus. Ipsi ergo eligant quod volunt. Non obiciant crimina hominibus, & chartæ cessabunt, sola diuina loquetur auctoritas; sola Dei scriptura, cui vtrique subdimur, in medium proferetur. & alia manu: Recognoui. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Quid his refertur?

CLXXXVIII.

Emeritus episcopus partis Donati dixit: Prolixæ orationi respondere non possum: tamen summatim, vt valeo, quæ superflue in iudicium missa sunt, ventilabo, cum optationes a nostris partibus propositas ne vel relectione confundant, vt neque velit esse pëtitores, neque se dicant responsores adstare, intulerintque nostris partibus prosecutionem; vt si forensis regulæ ordinem tenent, conditionalis diei non omittam internis sensibus notionem. Si autem legalibus magis cupiunt in iudicio coluctari, diuinis scripturis nos eis necesse est respondere. Primum est autem, quod in iudicio flagitamus, vt quoniam de mandatorum suorum allegatione in iudicio vacillant; quippe cum vnum legentes aliud negent, dicantque tamen se legatos ad imperiales aures destinasse antea, secutumque est idemtidem, vt ex responsione gestorum dilucide claruisset, vtrum nos inquietatores essemus, an inquietati ad iudicium veniremus, his tot propositionibus respondere nolentes, ad alia se nescio qua argumentatione deiiciunt. Quæso, vir nobilis, constituent gradû: dicant se quo ordine quave actione in iudicio consistant.

Qq iij

Nos enim qui adducti sumus ad disceptationem, petitoris loco adstare non possumus. ipsos necesse est proponere, ut eorum propositionibus pars nostra valeat respondere. & alia manu: Emeritus episcopus salua appellatione recognoui.

## CLXXXIX.

Augustinus episcopus ecclesie catholice dixit: Si petitoris loco assistunt qui crimina obiecta defendunt, tue nobilitatis est pronuntiare. & alia manu: Recognoui.

## CXC.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Eriam prosecutione viri venerabilis Petiliani id constat fuisse signatum, ut vtrum pars catholica, quod nomen sine preiudicio dicere me multis interlocutionibus patefeci, iure publico agi vellet, an certe diuinis testimoniis, euidenter ostenderet. Sed denique ad quaesita responsum est, ita ut euidentissime monstraretur, si crimina non obicerentur, a documentis publicis discedendum, quae probari non posse aliter nisi publicorum certum est attestatione gestorum: sin vero causa ecclesie tractaretur, legalia tantum testimonia proferentur. De quibus quid placeat, euidentius designetur.

## CXC I.

Petilianus episcopus dixit: Duo sunt quae praeter cetera a diei huius principio coepimus ventilare. Vnum, ut ipsi legissent quid imperatori clementi suggesserint: aliud, vtrum disceptationem legis diuinae tenere cupiant, an publicas leges. De vtroque nihil mihi aperte responsum est. & alia manu: Petilianus episcopus appellatione incolumi recognoui.

## CXC II.

Possidius episcopus ecclesie catholice dixit: Ad omnia esse responsum superiora testantur gesta. & alia manu: Recognoui.

## CXC III.

Petilianus episcopus dixit: Peruidet igitur sublimitas tua, sensim nos ad causae interna deduci: peruidet illa tua praestantia & viuacitas sensus, magis mihi interlocutionibus nobilitatis tuae quam responsonibus aduersariorum fuisse responsum. Igitur euidentius aliquid de-

ANNO  
CHRISTI  
411.

cernatur, euidentiſſime conſtet: nouerim quid debeam reſpondere. Mihi enim, ſicut tua meminit nobilitas, idem a patribus meis mandatum eſt, vt obiectis reſpondeam, non vt obiiciam aliquid. Non enim loco petitoris aſſiſto, ſed reſponſuri. Qui ſæpius apud imperatoris aures & coram omni populo ſane apud ſe conſtituto, in crimen nos inuidiamque deducunt, vt hæreticos nominent, vt ſchiſmaticos quoque appellent, hoc doceant, hoc diluo, huic rei reſponſurus ſum, ſi modo ſe ad legalia conuertant, ipſiuſque legis quærant reſponſa atque iudicia. Sin vero vtraque miſcent, euidentiſſime deſignetur. Nouerim genus actionis, nemo me reprehendat in publico, nemo cauſæ bonæ infirmum eſſe iudicet deſenſorem, nemo iudicet obliquum, nemo aduerſarium dolofum & licentioſum, cui omnia permittant, vt cum de his iuſta atque euidentiſſime requirantur, libeat illis delicate, quomodo voluerint, nebulas ac tenebras obrendere, vt veniri non poſſit ad cardinem veritatis. & alia manu: Petilianus epiſcopus appellatione incolumi recognoui.

CXCIV.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Duo ſunt quæ ſanctitas tua credidit poſtulanda: vnum, vt mandatum in quo legati delecti ſunt a parte e diuerſo ſiſtente, relegeretur: aliud, vtrum a diuinis legibus recederent, euidentiſſime demonſtrarent. Petilianus epiſcopus dixit: Reſpondeant breuiter ad vtrumque. & alia manu: Petilianus epiſcopus recognoui. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Vni rei, quoniam mea intererat, ipſe reſpondi. Nec enim de his legatis poteram dubitare, de quorum legatione pronuntiauerat clementiſſimus imperator, ne in eius iniuriam refricari aliquid videretur. Aliud vero eorum conſtat proſecutionibus definitum, quibus id euidenter oſtenſum eſt, velle ſe a publico iure ſub ea conditione diſcedere, ſi de perſonarum criminibus taceretis. Vnde quoniam hinc conſlictus tantum remanſiſſe cognoscitur, vt qui petitoris loco aſſiſtat euidentiſſime demonſtretur, quoniam geſta a veſtra parte oblata recitata ſint, patimini denuo etiam ea quæ a diuerſa parte offeruntur, ab officio recitari.

## CXC.V.

Petilianus episcopus dixit: Cuius gesta sunt quæ a partibus meis recitata sunt? si absentes essent e diuerso sistentes, licuit tibi, vir nobilis, absentum partes iudicario animo defensare. Nunc præsentibus sunt: ipsi mihi respondeant, ipsi edicant, ipsi ad vtraque quæ proposui, respondere non differant. & alia manu: Petilianus episcopus recognoui. Possidius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Nec respondere nos permittis. Petilianus episcopus dixit: Tuum est pronuntiare quid audias; illorum est agere causam, qui aduersus me loco petitoris. & cum diceret, & alia manu: Petilianus episcopus recognoui,

## CXC.VI.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Hoc pronuntiaui ut ex gestorum lectione hæc omnia possint diligenter agnosci. Petilianus episcopus dixit: Ipsi dicant, ipsi profiteantur. & alia manu: Petilianus episcopus in columi appellatione recognoui.

## CXC.VII.

Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Iam diximus vnde agamus potius, id est, vtrum publicis documentis an diuinis testimoniis in vestra est positum potestate. Si enim a criminibus hominum cessatis, & nos cessabimus a publicis documentis, & solam ecclesiæ causam diuinis testimoniis asseremus. Si autem ab hominum criminibus non desistitis, necesse est nos & a vobis publica documenta flagitare, & contra vos publica documenta proferre. Hoc autem cum cognitori insinuaremus, quia illi de corde non est excussum multiplicibus & superfluis prosecutionibus vestris, ideo vobis iam a nobis hæc acta esse ipse respondebat, non partes nostras agens, sed suas, cui iam insinuauimus, eiusque cordi penitus infiximus quid dicamus. & alia manu: Recognoui.

## CXC.VIII.

Adeodatus episcopus dixit: Quo ordine agere debeas, in nostra non est positum potestate, cum ipsum venire in nostra potestate non fuerit. & alia manu: Adeodatus episcopus salua appellatione recognoui.

## CXC.IX.

Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Ergo  
ad

ANNO  
CHRISTI  
411.

ad interrogata respondete. Receditis a criminibus traditionis? Respondeant ad breue interrogatum nostrum. Facitis iacturam criminum quæ soletis obicere Cæciliano & collegis eius, an in eadem criminatione persistitis? & alia manu: Recognoui. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Ad quæ sita respondete.

CC.

Emeritus episcopus dixit: Breue suum dicit esse postulatum, breue nostrum debet esse responsum. Omnis actio duas solet suscipere personas, petitoris, & e diuerso respondentis. Cum hæc causa suum ordinem teneat, conflictumque desideret, quid est quod ante principia negotii, quasi quædam mihi electio ex aduersa parte proponitur, vt dicam, vtrum criminibus intentatis Cæciliani refrager, atque ab iisdem quæ obieceram fileam, an obiecta in iudicio valeam confirmare? Memento, iudicum summe, sicut assolens, qui sit ordo dicendi. Nemo enim aduersum se adstanti dicit: Elige tibi vtrum me accusas necne. Nemo dicit: Intentaturus es crimen, an nihil mihi in iudicio oblaturus es, & intentionibus tuis mutum quoddam silentium imponens, inanis ac sine ratione de tam longinquis regionibus venisse dicaris, cum ad hoc ego assistam, vt si me ipse dixerit illa dixisse quæ grauitur ferre aut imperialibus auribus, aut in suo mandato subscripsit, tum demum eligam atque respondeam, vtrum velim intentionibus eiusdem secundum prosecutionis suæ tenorem legum confirmatione robustus accedere, an me ab hac actione remouere. Videt prudentia tua me respondere non posse, cum incertum dixerit, cum nihil tale proposuerit cur debeam reuocare responsum. Dico enim eum vtrum petitor an responsor stet. Ille mihi dicit: Si Cæciliani causam intermiseris, tunc petitor sum; si autem non prætermiseris, necesse est me respondere ad ea quæ videntur obiecta. Si times Cæciliani causam, metuisque tibi aliquid obiectum, tu proponere, tu instituere actionem in iudicio debebis. Attrahe me, & in publicum colloca. Dic me aliquod tibi crimen, quod ad aures imperatorias detulisti, per publicam conscientiam commendasse. Cum ego autem de te magis expectam quid audieris, quid me dixisse, quid me insinuasse iudiciis intimes, cur

Concil. Tom. 4.

Rr

metuis? cur vereris actionem istam in iudicio firmare? Nimirum illud attendis, ne petitoris suscipiens personam, ea quæ in iudicium mittis, aut accepta, aut dicta, aut ab aliquo promulgata docere in iudicio compellaris. Attende, vir nobilis, in quo statu sit ista causa, cum ego, qui pulfor, petitionem illorum promi in iudicium petam, eosque, qua possum postulatione, deprecer semper, ne moratoris ad negotii cardinem venire minime permittamur. Non ergo ex nostra parte est quod adhuc vsque nihil de negotio gestum est, cum, si personam suam iudicis adstruere voluissent, necesse nos erat obiectis illico respondere. & alia manu: Emeritus episcopus salua appellatione recognoui.

## CCI.

Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: O breue responsum! Quam multum dicitur, vbi inueniri non potest quid dicatur! Breuiter respondi ego postulationibus tuis. Voluisti ex me scire, vtrum legalibus testimoniis diuinis agam, an publicis gestis. Respondi: si recedis a criminibus quæ non possunt nisi gestis publicis declarari, recedo a publicis gestis, & solis diuinis testimoniis asseram causam ecclesiæ quam defendo. Si autem tu ab illis criminationibus non vis recedere, nec ego recedam ab eis documentis quibus te ostendam falsa crimina, vel nobis vel ipsi ecclesiæ quam retinemus, obiicere. & alia manu: Recognoui.

## CCII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Ad hæc plene constat esse responsum. Quæ autem pars loco petitoris assistat, sciri omnino non poterit, nisi ex recitatione gestorum: quæ, vt statui, quoniam a parte vestra quæ oblata sunt, constat esse recitata, tandem aliquando perlegantur.

## CCIII.

Petilianus episcopus dixit: Nemo duo eligit de duobus. Cum ergo proposuerim vt alterum elegisset, ille sibi ambo euidentius vindicauit. Non timeo, non recuso: si hoc potest esse retinendum, serua mihi primitus tempora legum, statuatur dies. Respondeat officium de die causæ, cognoscatur lapsus fuisse: hinc iudica, hinc debes

ferre sententiam. Siquidem contra me sententiam ferres, si forte defuisset. & alia manu: Petilianus episcopus salua appellatione recognoui.

CCIV.

Augustinus episcopus ecclesie catholice dixit: Si die decimoquinto venerunt, ut ad quartumdecimum occurrerent, quare octavo Kalendas mandatum constituerunt? & alia manu: Recognoui.

CCV.

Petilianus episcopus dixit: Non inquietasti, sciui te lapsum, superflue ingressus sum iudicium qui intrare non debui post diem lapsi negotii. & alia manu: Petilianus episcopus appellatione incolumi recognoui.

CCVI.

Augustinus episcopus ecclesie catholice dixit: Quare ad Kalendas se promisit ad futurum esse Primianus? & alia manu: Recognoui. Alypius episcopus ecclesie catholice dixit: Hoc iube recitari. Quamuis ista transacta sint; quamuis ad illusionem populorum has nebulas iniiciat pars diuersa, tamen etiam hoc petimus, precipias recitari, ut sic saltem cognoscant, quam impudenter hac iterum repetant quae iam ante transmissa sunt. & alia manu: Recognoui.

CCVII.

Petilianus episcopus dixit: Dum non vis designare alterum de duobus, ambo tenens, facis me eadem repetere. & alia manu: Petilianus episcopus appellatione incolumi recognoui.

CCVIII.

Fortunatianus episcopus ecclesie catholice dixit: Sciunt se in causa ecclesie nihil habere: ideo moratorii agunt. Quapropter, quoniam illa iam transacta sunt, ut cognoscatur qui sit petitor, iube antiqua gesta recitari. & alia manu: Recognoui.

CCIX.

Petilianus episcopus dixit: Si legibus publicis uti vis, praescribo ne legas. & alia manu: Petilianus episcopus appellatione incolumi recognoui.

CCX.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Contra  
*Concil. Tom. 4.* Rr ij



consensus proprios, quod legibus inhibetur, venire desideras: & consensu enim partium constat primum dilatum fuisse iudicium, ut alio die vel tertio, vel certe post editionem gestorum, negotium tractaretur. Vnde, ut quis loco petitoris assistat diligentius declaretur, gesta recitentur.

## CCXI.

Petilianus episcopus dixit: Seruarem consensum, si & ipsi seruarent. & alia manu: Petilianus episcopus appellatione incolumi recognoui. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Recitentur gesta. Adeodatus episcopus dixit: Contra hæc serua quæ competunt. & alia manu: Adeodatus episcopus appellatione incolumi recognoui.

## CCXII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Ea quæ rationi & æquitati competere potuerint, salua erunt.

## CCXIII.

Adeodatus episcopus dixit: Si enim consensus seruandus est, & retinendi sumus ad consensum nostrum, debent etiam nobis ipsi fidem sui consensus, qui se legibus diuinis acturos esse promiserunt. & alia manu: Adeodatus episcopus appellatione incolumi recognoui.

## CCXIV.

Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Sed causam ecclesiæ, non causam Cæciliani & collegarum eius, quibus crimina intenditis; ecce pollicemur, & toties pollicemur quoties exactum fuerit a nobis, & cum non exigitur, offerimus. Ecclesiæ causam non nisi diuinis testimoniis firmamus, docemus, ostendimus: Cæciliani autem & quorumlibet hominum, non nisi his documentis quibus solent ista vel demonstrari vel purgari. & alia manu: Recognoui.

## CCXV.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Ista frequentius dicta sunt. Vnde quoniam constat primitus petitoris personam debere disquiri, gesta recitentur. Martialis exceptor recitauit: Incipit relatio Anolini proconsulis, ubi ostendit Donatistas Cæciliani causam ad imperatorem Constantinum detulisse. & cum recitaret,

CCXVI.

Montanus episcopus dixit : Vt quid iste titulus legitur? & alia manu: Montanus episcopus salua appellatione recognoui. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit : Neuter titulus actis inferetur. Martialis exceptor recitavit. Augustis nostris Anolinus v. c. proconsul Africae. Scripta caelestia maiestatis vestrae accepta atque adorata, Cæciliano, & his qui sub eodem agunt, quique clerici appellantur, deuotio mea apud acta paruitatis meae insinuare curauit. & cum recitaret,

CCXVII.

Petilianus episcopus dixit: Vnde hoc profert: ex publico scrinio, an de suo? & alia manu: Petilianus episcopus recognoui.

CCXVIII.

Augustinus episcopus ecclesiae catholicae dixit: Legat, & tunc de nobis exigit huius lectionis firmitatem. & alia manu: Recognoui.

CCXIX.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Ante lectionem vnde proferas, euidenter ostende.

CCXX.

Augustinus episcopus ecclesiae catholicae dixit: Si inde dubitant, archiua proconsulis requirantur. & alia manu: Recognoui. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Quoniam in archiuis publicis ea quae recitantur inesse dixisti, sicut coeperat officium, omnia relegere debet: Martialis exceptor ex superioribus gestis recitavit: Eisdem hortata est, vt vnitate consensu omnium facta munere maiestatis vestrae liberati esse videantur, catholica custodita sanctitati legis debita reuerentia, ac diuinis rebus inseruiant. Verum post paucos dies extiterunt quidam, adunata secum populi multitudine, qui Cæciliano contradicendum putarent, quique fasciculum in aluta signatum, & libellum sine signo obtulerunt dicationi meae, atque impendio postularunt, vt ad sacrum ac venerabilem comitatum numinis vestri dirigerem. Quae, manente Cæciliano in statu suo, subiectis eorundem actis, quo cuncta maiestas vestra possit dignoscere, paruitas mea dirigere curauit. transmisi libellos duos. vnus

in aluta signatus ita : Libellus ecclesiæ catholicæ criminum Cæciliani, traditus a parte Maiorini. Item alius sine sigillo cohærens eidem alutæ. Datum die decimoseptimo Kalendarum Maiarum Carthagini, domino Constantino Augusto III. consule. Quo recitato,

CCXXI.

Petilianus episcopus dixit: Quis est iste qui agit? Cæciliani filius est, an non? & alia manu: Petilianus episcopus salua appellatione recognoui.

CCXXII.

Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Ne vobis dicatis patrem in terra: simul audiuius, simul legimus, simul populis prædicamus. Quid de me quæris vtrum sim filius Cæciliani? Cæcilianus, si innocens fuit, gaudeat de sua innocentia me congaudente, non in eius innocentia me spem meam ponente. Si autem nocens fuit, quod fortasse discussa causâ vel sic vel aliter declarabit, sustinuit eum ecclesia quam teneo, vt a similitudinibus dominicis non recedam, sicut paleam in area, sicut in eisdem pascuis hœdos, sicut in eisdem retibus pisces malos: non tamen propter malos nos aut aream dominicam deserere debemus, aut retia dominica nefaria animositate diffensionis abrumpere, & in mare ante tempus litoris prosilire. & alia manu: Recognoui. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Sicut statutum est, omnia relegantur.

CCXXIII.

Emeritus episcopus dixit: Iube nos profèqui. & alia manu: Emeritus episcopus recognoui. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Agite. Emeritus episcopus dixit: Recitata scriptura quam pars aduersa protulit. & cum diceret, & alia manu: Emeritus episcopus recognoui,

CCXXIV.

Fortunatianus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Quis possit esse petitor, his gestis poterit inueniri. & alia manu: Recognoui.

CCXXV.

Emeritus episcopus dixit: Recitata scriptura quam pars aduersa protulit, consors meus iusta prosecutione

ANNO  
 CHRISTI  
 411.

signavit, nomen sibi imponere debere eum qui causam defendit in iudicio Cæciliani. Sed artatus is nobis e diuerso veniens, quasi quodam lubrico fugere atque elabi conatur, duas in iudiciis inferens personas & geminas actiones. Dicit enim: Si Cæciliani persona pro obiectis criminibus poterit destrui, Ecclesiæ, inquit, nihil obest; cum vnus hominis persona destructa adstare videatur in fide. Quid ergo opus est, vir sublimis, Cæciliani causam in medium mittere, si nihil obest, si nihil aduersus eos facit? aut cur in iudicio defenditur vel accusatur? Cum enim dicat, neque sibi obesse eiusdem reatum, neque posse aliquam nebulam vel maculam ecclesiæ innectere: vides ergo superflue Cæciliani nomen in iudicium missum, cum hac quasi peremptoria præscriptione excusatus esse videatur; vt si reus sit, ab ecclesia videatur extraneus; si innocens, quasi obiectis criminibus purgatus atque liberatus, bene in ecclesia sua stetit se videatur. Iudica, vir sublimis, vnum eos tenere debere. Si Cæciliani causam defendunt, superbire se & prosequi ea quæ in iudicio aduersus Cæcilianum de veritate promuntur: si autem dicunt obesse sibi omnino non posse quid fecerit Cæcilianus, quid opus est Cæciliani causam in medium mittere, cum eis obesse non possit si fuerit in iudicio reus manifestissimus deprehensus. & alia manu: Emeritus episcopus salua appellatione recognoui. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Doceatur a parte diuersa quod queritur.

CCXXVI.

Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Cæciliani causam vel collegarum eius solent ipsi ecclesiæ catholicæ obiicere, vel, vt sine controuersia loquar, ipsi ecclesiæ quam tenemus. Proinde, vt video, magnum volunt afferre compendium. Si hanc causam non obiiciunt ecclesiæ quam tenemus, dicant quid ei obiiciant. Si enim nihil, quare separamur? Si aliquid præter causam Cæciliani, id ipsum offerant, id ostendant. & alia manu: Recognoui.

CCXXVII.

Petilianus episcopus dixit: Tu quis es? filius es Cæciliani, an non? tenet te crimen Cæciliani, an non? si fue-

rit? & cum diceret, & alia manu: Petilianus episcopus  
appellatione incolumi recognoui,

CCXXVIII.

Augustinus episcopus ecclesie catholice dixit: Ego in  
ecclesia sum, in qua Cæcilianus fuit. & alia manu: Re-  
cognoui.

CCXXIX.

Petilianus episcopus dixit: Vnde cœpisti? quem habes  
patrem? Alioquin si patrem tuum damnaueris, hæreti-  
cum te esse profiteris, qui nec originem vis habere, nec  
patrem. & alia manu: Petilianus episcopus appellatione  
incolumi recognoui.

CCXXX.

Augustinus episcopus ecclesie catholice dixit: In ec-  
clesia sumus, in qua Cæcilianus episcopatum gessit, &  
diem obiit. Eius nomen ad altare recitamus, eius memo-  
ria communicamus, tamquam memorie fratris, non tam-  
quam patris aut matris. Quæris autem a me vnde com-  
munionis mea sumat exordium. Dominus ipse Christus asse-  
rit exordium communionis meæ dicens: *Oportebat Chri-  
stum pati & resurgere a mortuis tertio die, & prædicari in nomi-  
ne eius penitentiam & remissionem peccatorum per omnes gentes,  
incipientibus ab Ierusalem.* Cœpit ista prædicatio ab Ierusa-  
lem: inde se ab illustrissimo exordio diffudit, diffundens  
ecclesiam quam tenemus. Primo per vicina, deinde per  
longinqua etiam in Africam venit. In hanc oculos aperui-  
mus, hanc in diuinis eloquiis & testimoniis, sicut ipsum  
Dominum Christum & redemptorem nostrum compe-  
rimus: ab illo Deo patre, ab hac ecclesia matre, nullius  
me hominis crimina, nullius calumnie separabunt. & alia  
manu: Recognoui.

CCXXXI.

Petilianus episcopus dixit: Cæcilianus tibi pater aut  
mater est, vt dixisti? & alia manu: Petilianus episcopus  
appellatione incolumi recognoui.

CCXXXII.

Augustinus episcopus ecclesie catholice dixit: Iam au-  
disti quia frater erat. & alia manu: Recognoui. Petilianus  
episcopus dixit: Frater non est, qui generat filios. & alia  
manu: Petilianus episcopus appellatione incolumi recognoui.

CCXXXIII.

CCXXXIII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit : Nec patrem nec matrem sibi esse Cæcilianum apertissima prosecutione signavit. Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit : Cæcilianus non est pater meus. Si bonus est, frater meus est bonus, si malus est, frater est malus. Tamen propter sacramenta frater est, siue bonus, siue malus. & alia manu : Recognoui. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit : Ut nec patrem suum nec matrem Cæcilianum fuisse diligentius demonstraretur, eiusdem profecutio superior relegatur.

CCXXXIV.

Petilianus episcopus dixit : Satis illos defendis per Deum. & alia manu : Petilianus episcopus appellatione incolumi recognoui.

CCXXXV.

Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit : Ecce dico, quoties voluerint, dico : Cæcilianus non est pater meus, quia audio Dominum meum dicentem : *Ne vobis patrem dicatis in terra : unus est pater vester Deus.* Dico Cæcilianum fratrem ; bonum fratrem, si bonus ; malum fratrem, si malus est ; quoniam propter communia sacramenta frater meus est. Si autem iudicium de illo meum vis audire, etiam innocentem credo, appetitum falsis criminationibus existimo, sed tamquam homo de homine existimans, non tamquam certum aliquid credens. Tu si obiicis ecclesiæ crimina Cæcilianiani, assisto, defendo tamquam fratris, ostendens non pertinere ad ecclesiam, nec ad eius causam, nec ei præiudicare ; & sic demonstro nihil te obiicere ecclesiæ catholicæ, etiam si vera fortasse, quod nullo modo poteris demonstrare, sint crimina Cæcilianiani. Si autem nec ipsa vera potueris demonstrare, etiam te iudice vides ubi remanseris, & quid reiecta tandem animositate erroris eligere debeas, ut nobiscum teneas veritatem, nobiscum amplectaris, damnato errore, caritatem. & alia manu : Recognoui.

CCXXXVI.

Petilianus episcopus dixit : Ipsa illa sunt ambigua, quibus ab hodierni diei percurrit principio, nec tamen se alterum tenere aliquando professus est, cum vtraque

*Concil. Tom. 4.*

Sf

magno amplexu retineat, vtrumque metuens dimittere vel tenere. Tandem aliquando expressius dicat, vtrum patris loco habeant Cæcilianum, ex quo deducta est ista progenies. Non enim potest aliqua res sine generatore suo nasci, aut sine capite incipere, aut sine radice sua crescere. Videt igitur nobilitas tua se originem non habere sapius protestatum. Si igitur originem non habet; ipse est magis hæreticus, qui non habet patrem, qui habitum patrem iudicio suo damnauit. Adstipuletur igitur, vt si criminosum patrem eius constiterit, eum crimina teneant; si autem innocentem, necesse habeat esse filius innocentis: ita quoque e diuerso necesse habeat, vt sit filius criminosi, si constiterit criminosum. & alia manu: Petilianus episcopus appellatione incolumi recognoui.

## CCXXXVII.

Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Habeo caput, sed Christus est. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Diligentius demonstratur, vtrum patrem vestrum Cæcilianum, aut matrem, sicut quæsitum est, esse dicatis. Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Habeo caput, sed est per cuius Apostolum audio. & cum diceret; & alia manu: Recognoui,

## CCXXXVIII.

Petilianus episcopus dixit: Quis te ordinauit, vt episcopus esses? & alia manu: Petilianus episcopus recognoui saluo appellationis effectu.

## CCXXXIX.

Montanus episcopus dixit: Et quid est, quod dicit Apostolus Paulus: *Si decem millia pædagogorum habueritis in Christo, sed non multos patres. per Christum enim ego vos generavi per euangelium.* Cumque streperent,

## CCXL.

Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: De tumultu testatum sit. & alia manu: Recognoui.

## CCXLI.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Ad quæ sita responde.

## CCXLII.

Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Habeo

ANNO  
CHRISTI  
411.

1. Cor. 4.

ANNO  
 CHRISZI  
 411.

caput ; sed Christus est, cuius Apostolum audio dicen-  
 tem: *Omnia vestra, vos autem Christi, Christus vero Dei.* Nam 1. Cor. 3.  
 & ubi se patrem dixit Apostolus, ne ipsius paternitatis  
 velut basem humanam infirmitatem crederemus, addi-  
 dit: *Per euangelium ego vos genui.* Semen ergo & vena femi- 1. Cor. 4.  
 nis mei de euangelio ducitur. Honorificentia causa pa-  
 tres appellamus eos qui nos vel tempore vel meritis pra-  
 cesserunt. Aliud est cum quaerimus ad fidem, quem ha-  
 beamus patrem ; ad salutem aeternam, quem habeamus  
 patrem ; ad retinendam ecclesiam & percipienda Dei  
 promissa, quem habeamus patrem. Nam illud honoris  
 est, ut quotidie senibus dicamus pater : quotidie etiam  
 quibusdam non nobiscum in vna ecclesia, nec in iisdem  
 sacramentis constitutis, dicimus frater. Sodomitis etiam  
 dixit Lot, fratres ; utique ad leniendum eorum animo-  
 sitatem, non ad cognitam fraternitatem, & quasi vnus  
 hereditate consortium. Tollantur ergo ista, distingua-  
 mus vocabula, quae hominibus propter honorem debentur,  
 & vocabulum quod propter salutem requirimus. Pro  
 salute aeterna, pace Apostoli dixerim, imo iubente Apo-  
 stolo dixerim, non pater meus Apostolus est ad salutem  
 aeternam, qui mihi dicit : *Ego plantavi, Apollo rigavit, sed* 1. Cor. 3.  
*Deus incrementum dedit. Itaque neque qui plantat est aliquid,*  
*neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus.* De hoc Do-  
 minus dixit : *Nolite vobis dicere patrem in terra.* Utique sci- Matth. 23.  
 uit dicturum Apostolum : *Per euangelium ego vos genui.* 1. Cor. 4.  
 Non enim Domino dicente: *Ne vobis dicatis patrem in ter-* Matth. 23.  
*ra,* contrarius futurus erat Apostolus dicens: *Etsi multos* 1. Cor. 4.  
*habeatis patres, per euangelium ego vos genui.* Sed quia dis-  
 tinxit ad quam rem patrem nobis constituerit Domi-  
 nus, & pro qua honorificentia eum Apostolum posse-  
 mus patrem accipere, ideo sic locutus est, ut eius ora-  
 tio non esset contraria dominicae veritati. Patres igitur  
 quoscumque agnosco in terra, honorificentiae causa ag-  
 nosco. Patrem salutis meae non teneo nisi Deum ; de  
 quo mihi Dominus dixit: *Ne vobis patrem dicatis in terra ;* Matth. 23.  
 & cui quotidie dicimus, *Pater noster qui es in caelis.* & alia Matth. 6.  
 manu: Recognoui.

CCXLIII.

Petilianus episcopus dixit : Quis dicitur qui eum or-  
 Concil. Tom. 4. Sf ij



dinauit? dicat, quis eum ordinauit. & alia manu: Petilianus episcopus appellatione incolumi recognoui. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Ordinator eius inquiritur. Vnde quis eum ordinauerit euidentius designetur. Possidius episcopus ecclesie catholice dixit: Quem?

## CCXLIV.

Fortunatianus episcopus ecclesie catholice dixit: Quid ad causam pertineat veritatis vniuscuiusque episcopi ordinator, non satis agnoscimus. Testimoniis diuinis. Pater Deus est edoctus. & alia manu: Recognoui. Petilianus episcopus dixit: Qui vocatur, qui eum ordinauit edicat. & alia manu: Petilianus episcopus appellatione incolumi recognoui. Alypius episcopus ecclesie catholice dixit: Ordinauit quem? multi adstant: multi assertionem cause secundum tenorem mandati suscepimus. cuius ordinatorem querit, aut quare querit, exponat pars diuersa, vt videamus vtrum dignum sit ad hac respondere. & alia manu: Recognoui.

## CCXLV.

Adeodatus episcopus dixit: Augustinus hac dixit. Dicat, quis eum ordinauit. & alia manu: Adeodatus episcopus salua appellatione recognoui. Possidius episcopus ecclesie catholice dixit: Non modo Augustini causam suscepimus defendendam, qualemcumque ipse habet. Et cum diceret: & alia manu: Recognoui, Adeodatus episcopus dixit: Hoc est in iudicium cause desperata, vt cum nos flagitemus alia, alia respondeantur; vt quoniam obiectis respondere non possunt, querant alia quibus nebulas innectant. Dicat igitur Augustinus, quis eum ordinauerit. & alia manu: Adeodatus episcopus salua appellatione recognoui. Augustinus episcopus ecclesie catholice dixit: Superflua queri video. & cum diceret: & alia manu: Recognoui,

## CCXLVI.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Ad interrogata respondere dignare.

## CCXLVII.

Augustinus episcopus ecclesie catholice dixit: Superflua queri video a fratribus nostris e diuerso sistentibus, & ad ipsa superflua non denego responsonem; dum ta-

ANNO  
CHRISTI  
411.

men ecclesie causa, cui responderi nihil potest, in fundamento tutissimo collocetur. Ego, cuius ordinatorem requiris, homo sum Christianus, fidelis, quod Deo teste loquor, catholicus. Vnde adhuc ambigimus quis dignus hoc nomine vocitetur? Ego illam ecclesiam defendo, hanc assero qualicumque voce; in qua quidquid fuero, illa ecclesia est. Video quo tendas. humanas calumnias confectaris: & quæ soleatis iactare & dicere, non alienum est ab auribus vel a cordibus nostris. Megalium me ordinavit, primatus ecclesie Numidie catholice, eo tempore quo ille me potuit ordinare. Ecce respondi. Prosequere, profer quæ præparas, ibi etiam calumniosus appareas. Ecce dixi ordinatorem meum; profer iam calumnias tuas. & alia manu: Recognoui.

CCXLVIII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Accepisti prosecutionem. Vnde quid competat, respondere dignare; licet hæc, quæ de personis aguntur, cognitionem differre non debeant.

CCXLIX.

Emeritus episcopus dixit: Si nulla est actio personarum, cur Cæciliani in iudicio faciunt mentionem? Aut enim iuste timent, quod eum desiderant excusare; aut si superflua actio aduersus Cæcilianum intenta, liberant mores, vitam purgant, hoc ipsum debent legalibus testimoniis approbare. Dicimus etenim multis legalibus documentis, sacerdotum vitia, ac probrosos mores, & nefariam conuersationem, maculam aut rugam inferre semper ecclesie. Vnde enim est, quod Apostolus ait: *Non habentem maculam neque rugam*: & iterum: *Oportet episcopum irreprehensibilem esse*? Multis etiam documentis lex diuina diffunditur, quibus immaculata vita pastoris debeat cælestibus testimoniis approbari. Sed ne per longitudinem prosecutionis audientie fastidium faciam, aut forte præteream quæ competunt causa, quoniam habemus in manibus diuinorum sacramentorum collectam vndique vniuersam, id ipsum potestas tua aduersum eorum mandatum, quod legaliter se scripsisse dixerunt, iubeat recitari, vt post assertionem nostræ prosecutionis lectionemque libelli, siue literarum quas in iudicio petimus

Sf iij

recensendas, vniuersa quæ nostris partibus competunt, specialiter peragamus. & alia manu: Emeritus episcopus salua appellatione recognoui.

## CCL.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Constare quidem primitus volueram, vt quis loco petitoris adstaret, ex recitatione gestorum euidentissime monstraretur. Sed si vultis ab hac me parte discedere, euidenter ostendite, vt ea quæ offertis debeant recitari.

## CCLI.

Montanus episcopus dixit: Interim iube recitari, & respondebimus. & alia manu: Montanus episcopus salua appellatione prosecutionem meam recognoui. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Recitentur. Romulus exceptor recitauit: Flauio Marcellino v. c. spectabili tribuno & notario Ianuarianus & ceteri episcopi veritatis catholicæ quæ persecutionem patitur, non quæ facit. Quia apud acta nobilitatis tuæ fratribus collegisque nostris defensionem mandauimus. & cum recitaret,

## CCLII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Quantum existius epistolæ quæ profertur principiis demonstratur, denuo aliud video processisse mandatum, cum post confirmationem personarum, ea omnia quæ partibus competitorum vestro nomine debuerant iudiciis intimari, quoniam ab illis, post mandatum semel factum, constat transisse negotium.

## CCLIII.

Emeritus episcopus dixit: In mandato suo legalia quæque se posuisse dixerunt. Hæc eadem legalia nos scripturis legalibus conuincimus. nihil absque mandato est, imo, vt audientiam prudentia tua præbeat, hoc rogamus. & alia manu: Emeritus episcopus salua appellatione recognoui. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Non hæc proferri prohibui, sed rectius erat vt vestro nomine qui assistitis, proferrentur. Emeritus episcopus dixit: Cum actio nobis competat, scriptura mandati, nihil interest, vtrum ex nostra persona, an ex eorum qui mandauerunt, dummodo hoc ipsum iubeas recitari. & alia manu: Emeritus episcopus salua appellatione recognoui.

CCLIV.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Recitentur. Ego enim, ne quod iuris esset omitterem, id videor interfatus. Romulus exceptor recitavit: Magnum iusti cognitoris indicium est, quod vni parti concesserit. & cum recitaret,

CCLV.

Emeritus episcopus dixit: Non legit, non distinguit sensus. & alia manu: Emeritus episcopus recognoui.

CCLVI.

Augustinus episcopus ecclesie catholice dixit: Ipsi legant; concedamus eis quod ipsi nobis concedere noluerunt. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Ecclesiastici notarii ea relegant, vt apertius designetur, quæ a venerabilibus viris constat oblata. Possidius episcopus ecclesie catholice dixit: Scriptum sit ipsos petisse, vt a suis notariis gesta, quæ proferunt, recitentur. & alia manu: Recognoui. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Nihil interest a quo relegantur. Petilianus episcopus dixit: Non de fide dubitatur officii, sed de pronuntiatione. & alia manu: Petilianus episcopus recognoui.

CCLVII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Superflua est ista causatio. Vnde, vt diligentius omnia cognoscantur, ab ecclesiasticis notariis quod oblatum est recitetur. Alypius episcopus ecclesie catholice dixit: Legantur, concedentibus nobis, quod ipsi nobis concedere noluerunt. Habetdeum episcopus dixit: Ego lego. Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Lege.

CCLVIII.

Habetdeum episcopus dixit: Flauio Marcellino v. c. & spectabili tribuno & notario, Ianuarianus & ceteri episcopi veritatis catholice, quæ persecutionem patitur, non quæ facit. Quia apud acta nobilitatis tuæ fratribus collegisque nostris defensionem mandauimus, magnum iusti cognitoris indicium est, quod vni parti concesserit, alteri non negare, ne vni parti fauere, alteram premerè videatur. Quod te pro tua prudentia & longe prospicere, & longius condecet præcauere, maxime cum populos editis inuites de audientia tuæ libramine iudicare. Aduer-



ANNO  
 CHRISTI  
 411.

*ecclesiam, non habentem maculam aut rugam, aut aliquid eius-  
 modi, sed sanctam & immaculatam.* Et iterum: *Desponsavi* 2. Cor. 11.  
*enim vobis uni viro virginem sanctam assignare Christo.* His er-  
 go tot & tantis documentis de ecclesie puritate, quæ  
 per spiritum promittebatur, spretis atque contemptis,  
 malos in illa inter bonos esse mansuros per zizaniorum  
 similitudinem incompetenter affirmant, cum ipsam si-  
 militudinem Dominus interpretatus sit apostolis suis, di-  
 cens: *Qui seminat bonum semen, filius est hominis.* ager autem *Matth. 13.*  
 est hic mundus: bonum autem semen, ii sunt filii regni:  
 zizania autem, filii sunt maligni: inimicus autem, qui  
 feminat ea, diabolus est: messis autem, consummatio  
 sæculi: messores autem angeli sunt, & cetera. *Ager,* in-  
 quit, *est mundus;* non ergo ecclesia, sed mundus, in quo  
 boni simul & mali vsque ad messem, id est, vsque ad di-  
 uinum iudicium reseruantur. Quia nec potest a Domi-  
 no interpretata imo corrumpere. Quoniam si apostoli,  
 ipsius Domini comites, in ecclesia zizania, id est, filios  
 diaboli pullulantes, in sanctorum communionem dimit-  
 tendos esse didicissent, nunquam Simonem, Erastum,  
 Philetum, Alexandrum, Deman, Hermogenem, ceteros-  
 que consimiles, ecclesie liminibus eiecissent. Imo, si ita  
 esset, vacaret totum præconium scripturarum diuina-  
 rum, quo iubentur polluti e medio sanctorum sacerdo-  
 tum diligentia separari; dicente Domino per Moysen:  
*Legitimum, inquit, æternum in progenies vestras, diuidere inter* *Leu. 10.*  
*sanctos & profanos, inter mundos & immundos.* Quod alibi  
 neglectum in persona sacerdotum Spiritus increpat, di-  
 cens: *Sacerdotes eius repulerunt legem meam, profanabant san-* *Ezech. 22.*  
*cta mea, inter mundum & immundum non diuidebant, & in-*  
*ter sanctum & pollutum non separabant.* Ad hanc parabolam  
 illud quoque aduersarii subiungunt, paleas cum frumen-  
 tis debere simul in ecclesia permanere. Quod Ieremias  
 repercutit, dicens: *Quid paleis ad frumentum?* & Paulus *2. Cor. 6.*  
 apostolus: *Quæ particula est fidei cum infidei, aut quæ com-*  
*municio luci ad tenebras.* & Salomon: *Si communicabit lupus a-* *Ecc. 13.*  
*gno aliquando, sic peccator iusto.* Pisces etiam bonos & malos  
 vno retiaculo vsque ad litus, id est, iustos & iniustos,  
 vsque in finem sæculi simul contineri & protrahi confir-  
 mant; non intuentes hoc de reis latentibus dictum, quo-

niam retiaculum in mari positum quid habeat, a piscatoribus, id est, a sacerdotibus, ignoratur, donec extractum ad litus ad purgationem boni seu mali prodantur. ita & latentes, & in ecclesia constituti, & a sacerdotibus ignorati, in diuino iudicio proditi, tamquam pisces mali, a sanctorum consortio separantur, sicut Dominus in euangelio de latenti reo, qui per obreptionem sacerdotes fefellerat, per figuram loquitur, dicens: *Intrans, inquit, rex*

*Math. 22.*

*videre recubentes, vidit illic hominem non habentem vestimentum nuptiale: & ait illi: Amice, quomodo huc venisti? ille autem obmutuit: & dixit rex ministris suis: Auferte illum manibus & pedibus, & mittite illum in tenebras exteriores: illic erit ploratio, & stridor dentium.* Secundum hanc igitur rationem, frustra dixerunt bonos propter malos sacrilega separatione non desereri; sed malos propter bonos pia vnitate tolerari: cum propter hanc profanam percommixtionem commoueri, & seiunctionem maximam prouocare, alio loco Dominus indignatus ostendat. *Pro eo, inquit, quod*

*Ezech. 22.*

*facta est mihi omnis domus Israel permixtio, omnes aeramentum, argentum, ferrum, stannum & plumbum, in medio camini ardentis permixtum. Propterea (dicit) hæc dicit Dominus: Propter quod facti estis omnes in permixtione vna, ideo ego recipio vos in medio Ierusalem, sicut recipitur aeramentum, & argentum, & ferrum, & stannum & plumbum in medio camini, ad insufflandum in igni ut consuetur. ita recipiam vos in ira mea, & concremabo, & insufflabo in vos insufflatione ignis iræ meæ; & conflabimini in medio eius, & scietis quia ego sum Dominus, qui effudi iram meam super vos.* Contra hæc & talia, quibus ecclesia Dei a contaminatione permixtorum immundorum defenditur, clarum est, aduersarii qua conscientia patrocinant erroribus malos nolint a bonorum communione discerni. Sequuntur enim apertissime blasphemantes, vt dicant, ecclesiam malorum delictis etiam manifestorum non posse maculari, adhibentes exempla prophetarum, qui licet eos increparent pro delictis, tamen se ab eis corporaliter non separarunt; cum ostendamus longe aliud fuisse illud tempus in quo frequentare baptismum, toties quoties peccabant, permittebantur. Tamen etiam sic inueniuntur eidem propheta a malorum communione se abstinuisse, quando Sophonias propheta, qui ad Iero-

ANNO  
CHRISTI  
411

boam in schismate positum missus, nec panem nec a-  
quam iubetur accipere; qui circumuentus, violato præ-  
cepto, a leone confectus est: Elias etiam & Elifæus al-  
taribus schismatis Samariæ nunquam communicauerint,  
neque consenserint, qui magis in solitudine morabantur.  
Osée quoque propheta ostenditur non interfuisse my-  
steriis eorum quorum sacrificia detestatur & damnat,  
dicens: *Sacrificia eorum tamquam panis luctus: omnis qui teti-* *Osée 9.*  
*gerit ex eis, inquinabitur.* Amos denique quando potuit Sa-  
maria mysteriis misceri? de quo pseudopropheta ita re-  
gi inuidiam facit, dicens: *Conglobationes facit aduersum te* *Amos 7.*  
*Amos, in medio domus Israel. Non potest terra supportare sermo-*  
*nes eius, & ob hoc insuper expellitur.* Iam vero in ipsa Ie-  
rusalem quomodo poterant propheta sacrificiis peccan-  
tium hominum communicare, quæ ipsi diuino spiritu  
pleni damnabant? Isaiâ dicente: *Quo mihi multitudinem sa-* *Isa. 1.*  
*crificiorum uestrorum? dicit Dominus. plenus sum. Holocautomata*  
*arietum, & adipem agnorum, & sanguinem taurorum & hirco-*  
*rum nolo; nec sic veniatis in conspectu meo. Quis enim exquisiuit*  
*ista de manibus uestris? calcare aulam meam non adiicietis. si at-*  
*tuleritis simlaginem, vanum: incensum, abominatio est mihi.*  
*Neomenias uestras, & sabbata, & diem magnum non sustineo. Ie-*  
*iunium, & serias, & dies fastos uestros odit anima mea. Facti e-*  
*nim estis mihi in abundantia multa. Iam non parcam peccatis ue-*  
*stris. Cum extenderitis manus, auertam oculos meos a uobis: & si*  
*multiplicaueritis preces, non exaudiam uos. Manus enim uestræ*  
*sanguine plenæ sunt.* Et iterum: *Facinorosus autem qui sacrificat* *Isa. 66.*  
*mibi vitulum, quasi qui canem occidat; & qui simlam offert,*  
*quasi sanguinem porcinum; & qui thus in memoriam, quasi bla-*  
*spheus.* Aggæus etiam non modo sacrificia, sed ipsam gen-  
tem peccatricem penitus execratur, dicens: *Sic & popu-* *Agg. 15.*  
*lus iste, & sic gens ista: & si quis illuc accesserit, inquinabitur.* Et  
Malachias: *Vos o sacerdotes, qui profanatis nomen meum, &* *Malach. 1.*  
*dixistis: In quo profanauimus nomen tuum? & ponentes in al-*  
*tario meo panes pollutos; & dixistis: In quo polluimus illos? in*  
*eo ut diceretis: Mensa Domini benedicta est, & quæ superpo-*  
*nebantur annullastis.* & ita in omnibus prophetis inuenies:  
quoniam si communicassent eis quos tantis uocibus con-  
demnabant, præuaricationis crimen incurrerent. Quod  
ergo inter eos erant, commorationis fuit, non communio-



Luc. 8.  
Psal. 43.  
1. Reg. 16.  
Apocal. 2.  
Iuan. 13.  
Matth. 26.  
  
Philipp. 1.  
Osee 2.  
Isai. 14.  
  
3. Reg. 2.  
  
Rom. 1.

nis. In defensionem deinde sceleris sui auctoritatem sibi exemplo Iudæ traditoris assumunt, quo eum dicant a Domino, & præcognitum assumptum, & cognitum toleratum; cum utique sine præiudicio præscientiæ suæ, Dominus Christus Iudam in apostolorum numerum assumpserit: cognitum sibi, non hominibus, hac ratione pertulerit, qua & hodie perferre videtur occultos. Scriptum est enim: *Quæ occulta sunt mihi, quæ manifesta vobis & filiis vestris.* In psalmis: *Nonne Deus inquireret ista? ipse enim scit latentia cordis.* In Regnorum: *Homo videt in faciem, Deus autem videt in corde.* & Apocalypsi: *& scient omnes ecclesie quoniam ego sum scrutator renum & cordis.* Denique Domino cum discipulis recumbente & dicente: *Vnus ex vobis me tradet;* atque respondente eodem Iuda: *Numquid ego sum Domine;* & ab eodem Domino audiret: *Tu dixisti,* detectum se protinus videns, confusus abscessit: sed cum ipsa postmodum turba ad tradendum Dominum venit. Vacant ergo cum solo Iuda patrono inimici dominicæ veritatis, qui suo more defendere reos manifestissimos elaborant: item ad defensionem pollutæ permixtionis suæ verba Apostoli obiiciunt, quibus ait: *Siue per occasionem, siue per veritatem miserebor, quoniam filii fornicationis sunt, quia fornicata est mater ipsorum, dedecoravit eos quæ peperit eos.* & in Isaia: *Quomodo vestimentum conspersum in sanguine non erit mundum, ita nec tu eris mundus, quia terram meam perdidisti, & plebem meam occidisti: non manebis in æternum tempus, semen nequam. Para filios tuos interfici peccatis patris sui, ut non exurgant.* Et in Regnorum libro tertio: *Et deposuit Salomon Abiathar de sacerdotio Domini, ut impleatur verbum Domini, quod locutus est de domo Heli in Selom.* Iam vero quod dicunt baptismum Christi ita defendi sicut defenditur ipsa catholica ubique & apud omnes esse, decretis patrum nostrorum martyrum beatissimorum compendio brevitatis excluditur. Illud autem quam incaute immemores sui inimici veritatis oppugnant, & apud fures & raptores quoslibet extraneos datum baptisma suscipi debere adhibito incompetenti ad hanc rem testimonio Pauli apostoli, quo scriptum est: *Qui veritatem Dei iniustitiam detinent,* hoc in loco furtum furtiuo voluerunt defendere testimonio: Apostolus enim de gentilibus agens, & incredulos incre-

ANNO  
CHRISTI  
411.

pans, ita locutus est, dicens: *Reuelabitur enim ira Dei de caelo* <sup>Ibidem.</sup>  
*super omnem impietatem & iniustitiam hominum eorum, qui ve-*  
*ritatem Dei iniustitiam detinent: quoniam quod cognoscibile est,*  
*Dei manifestum est in illis. Deus enim illis manifestavit. Etenim*  
*quæ inuisibilia sunt eius a constitutione mundi per ea quæ facta*  
*sunt, intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque virtus eius & di-*  
*uinitas; ita ut sint inexcusabiles: quia cum cognouissent Deum,*  
*non ut Deum honorificauerunt, aut gratias egerunt, sed euanue-*  
*runt in cogitationibus suis, & intenebratum est insipiens cor illo-*  
*rum. Dicentes enim se esse sapientes, infatuati sunt, & immuta-*  
*uerunt claritatem Dei incorrupti, in similitudine imaginis corrupti-*  
*bilis hominis, & volucrum, & quadrupedum, & serpentum: pro-*  
*pter quod tradidit illos Deus in concupiscentia cordis illorum in im-*  
*munditiam. Vnde secundum hunc sensum etiam gentilium*  
*inquinata mysteria se suscipere profitentur. Secuti au-*  
*tem sunt errorem suum euidentissimis accumulare bla-*  
*sphemiis, quo dicant eos qui hæreticorum baptismum re-*  
*probant, posse Christum reprobare, quod eum dæmonia*  
*confessa sunt. Hoc loco non solum sanctorum martyrum*  
*decretis insultant, sed magis parati sunt dæmoniorum,*  
*quia Christum confessi sunt, communioni misceri. Quod*  
*autem subtili breuitate ita dixerunt, eum qui foris ba-*  
*pizatus fuerit, suscipi debere, non ut quod deest, adsit,*  
*sed ut quod inest, profit, in utroque seipso circumue-*  
*nisse monstrantur. Omnia enim hæc, ut supradictum est,*  
*sanctorum martyrum sententiis euacuantur: vnde enim*  
*fieri potest, si vna est ecclesia, & indiuisus est Christus,*  
*ut foris positus baptismum consequatur? Quod vero si-*  
*bi a nobis obiici dicunt, manus cito nemini imposueris,*  
*neque communicaueris peccatis alienis; & quasi respon-*  
 *dentes occurrunt, moribus potius debere homines quam*  
*corpore separari; ad hoc non modo moribus, sed etiam*  
*corpore malis debere disungi, multis admodum testi-*  
*moniis legalibus approbamus. In Numeris: *Discedite a ta-* <sup>Num. 16.</sup>  
*bernaculis hominum istorum durissimorum, & ne tetigeritis ab om-*  
*nibus quæ sunt eis, ne simul pereatis & vos in omnibus peccatis eo-*  
*rum. Item Isaias: *Discedite, discedite: exite inde, & immundum* <sup>Isa. 52.</sup>  
*nolite tangere: discedite de medio eorum qui fertis vasa Domini.*  
*Item Apostolus: *Vos enim estis templum Dei vini: dicit enim* <sup>1. Cor. 6.</sup>  
*ipse: Quoniam habitabo in eis, & in eis ambulabo, & ero illorum****

Deus, & ipsi erunt mihi populus. Propter quod discedite de medio eorum, & separamini, & immundum ne tetigeritis: & ego recipiam vos, & ero vobis in patrem, & vos eritis mihi in filios & filias, dicit Dominus omnipotens. Illud vero quale est, ut cum nos eis obiiciamus persecutiones & immanes crudelitates, quibus ipsi & maiores eorum nos patresque nostros per annos centum vel amplius sine cessatione affligerint atque vexauerint, illi isto non erubescant uti suffugio, quod dicant ab aliquibus nostrorum Maximianistis fuisse persecutiones illatas; cum utique longe aliud sit usurpata ecclesiastica & compauperum ciuilitate repeterere voluisse, nec vllum ad communionem nostram nolentem inuitumque coegisse, & aliud sit aperto furore per vniuersum populum Christianum omnia mala crudeliter exercere. Quis enim nesciat istos traditores persecutoresque nostros, ab ipso exordio condemnatae traditionis commentitiis precibus, cunctis in nostram necem huius saeculi principibus supplicasse, atque ad suam communionem contra Dei praecipua minis & proscriptionibus coartasse? Nam, ut omittamus quantus sanguis Christianus effusus sit per Leontium, Vrsacium, Macarium, Paulum, Taurinum, Romanum, ceterosque executores, quos in sanctorum necem a principibus saeculi meruerunt; quando plurimi venerabiles sacerdotes occisi, alii in exilium relegati, Christianitas late vexata, sacrata; stuprata virginitas, proscripti diuites, spoliati pauperes, ablatae basilicae, atque acti in fugam profugi sacerdotes? Nostro nunc tempore quanta commiserint nullus ignorat. Episcopis ingesserunt exilia, Christianis fugientibus praecipitia, oppreserunt populos, praedati sunt clericos, inuaserunt basilicas, intulerunt consentire nolentibus plagas: postremo in vno tantum oppido Bagaiensi, eorum causa, multorum Christianorum sanguis effusus est: & nec sic satiati in hodiernum cessare contenti sunt. Vnde quia ad hoc tanta immanitatis eorum acerbissimos titulos de scripturis diuinis, quibus ista flagitia prohibentur, superfluum sit documenta subnectere, cum talia nec mundanis legibus permittantur, satis sit eorum nos errori respondisse, & quae superfluo responderunt, diuinis testimoniis eluisse. & alia manu: Dominus te incolumem conferuet, quod optamus. Recognoui.

CCLIX.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Id quod lectum est gestis presentibus adharebit; & adiecit: Quoniam in hoc praebitam patientiam constat, ea quae dudum sunt oblata recitentur, & ad haec omnia pars e diuerso fiftens respondere cogantur.

CCLX.

Emeritus episcopus dixit: Prius testimoniis testimonia reuincant: tunc ad ea, quae sublimitas tua iudicauerit, veniendum est. & alia manu: Emeritus episcopus salua appellatione recognoui.

CCLXI.

Augustinus episcopus ecclesiae catholicae dixit: Permite nos, vir sublimis, pro causa ecclesiae non diutius superfluis immorari. atque vtinam fratres nostri e diuerso fiftentes hanc epistolam ante illos omnes moratorios sermones suos protulissent, vt iam de ecclesia, vnde causa vertitur, aliquid ageremus. Animaduertit ergo nobilitas tua in hac epistola duo quaedam genera vel obiectionum vel rerum inserta, quibus respondere debeamus. Vnum, de diuinis scripturis, & sanctae legis eloquiis: alterum, de criminationibus humanis, quae obiicienda nescio qui inuidiosius potius quam verius putauerunt. Ad haec duo paucis, si Dominus adiuuerit, respondebimus, ne prolixum sermonem tantae prolixitati reddamus. Quaestio est de ecclesia, vtrum permixtos malos vsque in fine habitura praedicta est, an omnino omnes bonos, omnes sanctos atque immaculatos in hoc saeculo, isto etiam tempore vsque in finem vltimum saeculi. Vtraque testimonia diuina sunt, & vtique repugnantia esse non debent, nec omnino possunt, si intellectorem inueniant. Aream esse ecclesiam non ego dixi, non quisquam nostrum, sed euangelium loquitur, vbi scriptum est: *Venturum qui ventilabrum ferat in manu sua, & mundaturum aream suam: frumenta recondet in horreo.* & cum diceret: & alia manu: Recognoui,

CCLXII.

Emeritus episcopus dixit: Non legit aream. & alia manu: Emeritus episcopus recognoui. Augustinus episcopus ecclesiae catholicae dixit: Ioannes dixit: *Mundabit aream* videm.

*suam, frumenta recondet in horreo. & cum diceret: & alia manu: Recognoui, Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Hoc quod postulat, relegatur.*

## CCLXIII.

Petilianus episcopus dixit: De occultis reis hoc dixit euangelista, non de eidentibus, quos tu vis tecum esse permixtos. & alia manu: Petilianus episcopus recognoui.

## CCLXIV.

Augustinus episcopus ecclesie catholice dixit: Prosecutio nostra pro ipsorum epistola habeatur. legi coepit, nullus a nobis relatus est strepitus, nulla interurbatio, nulla interruptio: permittat ut finiam quod coepi eloqui, & sic respondeat. Quare non nobis rependitur quod praerogauimus? Animaduertit nobilitas tua patientiam nostram cum tam longa recitaretur epistola. & cum diceret: & alia manu: Recognoui, Emeritus episcopus dixit: Nos grauat cum se dicit esse patientem, & non debet de se referre sententiam de quo alius iudicat. & alia manu: Emeritus episcopus recognoui.

## CCLXV.

Augustinus episcopus ecclesie catholice dixit: O si eses & tu patiens donec finiam quod prosequor! Ergo, ut dicere coeperam, diuina sunt testimonia de zizaniis & tritico, ea quae intelligere conati: verumtamen de rebus aliquando confessi sunt, quod malos & bonos habitura est ecclesia, sed eos dixerunt esse sacerdotibus incognitos, & ideo non praerudicare bonis, quoniam ignorarentur. Ego autem possem qualibuscumque facultatulae meae assertionibus ostendere, illum esse veriorē intellectum, quod ecclesia habeat & bonos & malos, zizania scilicet & triticum, mundumque ipsum appellatum esse pro ecclesie nomine: quandoquidem Dominus ipse dicit: *Non ut iudicem mundum, sed ut saluetur mundus per ipsum*, cum sciamus Dominum non saluare nisi ecclesiam. & alia manu: Recognoui.

Iohan. 3.

## CCLXVI.

Emeritus episcopus dixit: *Mundus te non cognouit*. Ergo Deum ecclesia non agnouit, si mundus ecclesia est. & iterum dixit: *Vt reus fiat totus mundus Deo*. & iterum dixit: *Si de mundo essetis, mundus quod suum esset amasset: sed nunc quoniam*

Iohan. 1.

Iohan. 15.

Iohan. 8.

ANNO CHRISTI 411. *niam de mundo non estis, propterea odit & persequitur vos mundus. Et iterum: Ipsi de mundo sunt, & mundus obaudit eis. Et iterum: Si quis dilexerit mundum, non est caritas patris in illo. & alia manu: Emeritus episcopus salua appellatione recognoui.* Ioh. 8. 1. Ioh. 1.

CCLXVII.

Augustinus episcopus ecclesie catholice dixit: Omnia ista possemus & nos dicere, & velut contraria primo proposita soluere. Itaque sine causa interrumpunt isto strepitu; quia epistola ipsorum possemus talia facere, ne recitaretur. patienter audiant: admoneantur sublimitatem tuam facere, quod sponte facere debuerunt: patienter audiant, non est res leuis qua tractatur a nobis. Suscepimus hodie respondere, si Deus adiuuerit, prolixae epistola eorum, nec rogare ut edatur nobis, & consideremus, & postea respondeamus, sicut ipsi de mandato nostro fecerunt. Praebent nobis aliquam patientiam, per incolumitatem tuam. & alia manu: Recognoui.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Iusta postulatur. Patientiam eiusdem prosecutioni certum est debere commodari.

CCLXVIII.

Emeritus episcopus dixit: Ipse sibi obstrepit, dum longa prosequitur. & alia manu: Emeritus episcopus recognoui.

CCLXIX.

Alypius episcopus ecclesie catholice dixit: Si respondere volunt, remoueat epistola, & singuli respondeamus: sin autem, permittant responsonem.

CCLXX.

Adeodatus episcopus dixit: Possumus praebere patientiam. & cum diceret: & alia manu: Adeodatus episcopus recognoui, Augustinus episcopus ecclesie catholice dixit: Quando legebatur epistola, sic habebamus tamquam ipsi prosequerentur: prosecutioni ipsorum praebuimus silentium: nolo enim dicere patientiam, quia id calumniantur. praebent nobis & ipsi silentium. & alia manu: Recognoui. Adeodatus episcopus dixit: Possumus praebere patientiam: quam quidem praebemus, si ea qua pars

diuersa asserit, habeant firmissimam rationem. Nam cum aliter lex interpretetur quam est, quis ferat, quis patiat-  
tur silentio offerri præiudicium? & alia manu: Adeoda-  
tus episcopus recognoui. Vincentius episcopus ecclesiæ  
catholicæ dixit: Serua tibi quod reprehendas si aliquid  
contradicatur. & alia manu: Recognoui. Marcellinus v.  
c. tribunus & notarius dixit: Promissa patientia præbea-  
tur. Montanus episcopus dixit: Quando omnia in ani-  
mo retinentur, si non ad singula respondeamus. & alia  
manu: Montanus episcopus recognoui.

## CCLXXI.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Teno-  
rem vniuersæ epistolæ patienter constat auditum. con-  
sequens est vt responsonem ad singula patienter audire  
dignemini.

## CCLXXII.

Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Ideo &  
illa conscripta sunt, & hæc excipiuntur. si quid memo-  
riam fallit, & ego possum petere, vt mihi de epistola re-  
citetur, & ipsi possunt, vt illis ex codicibus recitetur. Præ-  
beatur silentium, agamus aliquid. Vt ergo dicere cœpe-  
ram, ipsis admonentibus, inuenimus in scripturis mundi  
nomen in malo, mundi nomen in bono. Nam mundi no-  
men in malo, sicut ipsi dixerunt: *Et mundus cum non cog-  
nouit: & Si quis dilexerit mundum, non est caritas patris in  
illo, & cetera.* Mundi autem nomen in bono, *Vt credat  
mundus quoniam tu me misisti.* non enim credere malorum  
est. Mundi nomen in bono: *Non venit ut iudicet mundum,  
sed ut saluetur mundus per ipsum.* Non saluabitur nisi ec-  
clesia in mundo. Cum ergo & in bono mundus, & in  
malo mundus; vnde ista scripturarum rixa? si intelle-  
ctore careat. Adhibe lumen intelligentiæ, vide mun-  
dum in malo, omnes dilectores temporalium per vni-  
uersas gentes: vide mundum in bono, omnes fideles &  
spem gerentes aternæ vitæ per vniuersas gentes: *Deus  
erat in Christo, inquit, mundum reconcilians sibi, si reconci-  
liari potest Deo detestatus ille mundus, de quo dictum  
est: Quia non est caritas Christi in eo qui dilexerit mundum, iu-  
dicent qui loquuntur.* Audiat ergo patienter nobilitas  
tua, video scripturâ sanctam commixtos bonos & malos,

Ioa. 1.

1. Ioa. 2.

Ioa. 17.

Ioa. 3.

2. Cor. 5.

1. Ioa. 2.

sicut ipsi de rebus iam confessi sunt, præsignasse ecclesiam. & cum diceret, cumque streperetur, Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Scriptum sit, quia perstreperunt.

CCLXXIII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Alypius episcopus ecclesiæ catholicæ dixit: Vbi est promissa patientia, quæ vicissitudo rependitur? Nonne indicant, quemadmodum diffidant? & alia manu: Recognoui.

CCLXXIV.

Petilianus episcopus dixit: Quid sit mundus, quid sit ecclesia, apertissime definitum est ab ipso auctore mundi atque factore, *per quem omnia facta sunt, & sine quo nihil est factum.* Ipse enim Dominus dixit: *Mundus hic ager.* Posset dicere, mundus, ecclesia est. Quis igitur hominum audet definire quid mundus sit, cum ipse Dominus huius factor atque opifex iam dignatus fuerit definire? & alia manu: Petilianus episcopus recognoui.

CCLXXV.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Qui mundus sit, qui saluandus dicitur, euidenter ostendite.

CCLXXVI.

Petilianus episcopus dixit: Homo dictus est mundus, ubi dixit: *Mundum reconcilians sibi.* non enim sibi Deus bellus, sed homines voluit reconciliari. & alia manu: Petilianus episcopus recognoui.

CCLXXVII.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Ex his omnibus qui mundi nomine nuncupantur, dicis ecclesiam posse constare, postea declaratam; an certe renuis?

CCLXXVIII.

Emeritus episcopus dixit: Tollis nos a manifesta præscriptione. Ait Dominus Christus in euangelio: *Ager mundus est.* Et cum diceret. & alia manu: Emeritus episcopus recognoui, Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Patimini ergo, ut ad omnia quæ epistolæ textus continet, respondeant, & tunc plenissime de omnibus iudicabo.

CCLXXIX.

Hilarus exceptor dixit: Quoniam a diluculo partes



egerunt, & codices binos impleuimus, si iubet paternitas tua, alii nobis exceptores subrogentur, vt ad confendum exeamus, datis nobis custodibus. Vitalis notarius ecclesie catholice dixit: Hoc & ego suggero, quod & exceptor nobilitatis tue adstans suggestit.

CCLXXX.

Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit: Sicut etiam superiore iudicio factum est, hi qui se tabulas implese commemorant, cum custodibus exeant, in eorum loco aliis subrogatis. cumque id fieret,

CCLXXXI.

Augustinus episcopus ecclesie catholice dixit: Mundus ergo, non enim aliter & nobis videri potuit, in hominibus intelligitur. non utique ista stulti sumus, vt belluas etiam & quacumque irrationabilia animantia ad salutem, quam Christus promisit, pertinere dicamus. Prorsus hoc dicimus: *Mundus in maligno positus est*, homines sunt: *Vt credat mundus, quia tu me misisti*, homines sunt: *Mundum reconcilians sibi*, homines sunt, & cetera quae in malo dicta sunt, homines illi, homines illi: per totum enim mundum, vtrique mali mixti bonis. Sic & ecclesiam, quam confessi sunt, retium nomine declaratam habere malos, sed dixerunt latere pisces, constat iam quod habeat bonos & malos: de latendo & de non latendo quaestio est, vtrum pertinuerit ad pietatem bonorum etiam malos cognitos tolerare, ne desererent bonos, an propter malos totum deserere voluerint, quibus mali quid in ecclesia apparuerit, ipsa quaestio est. hoc probamus. Dicimus enim nos, non negligendam quidem ecclesiasticam disciplinam, & vbicumque fuerint proditi mali, coercendos eos esse vt corrigantur, non solum sermone correctionis, verum etiam excommunicationibus, degradationibus, vt humilem locum salutis in ecclesia quarant ad medicinam ipsorum fieri, non odio, sed studio salutis fraternae: sicut quodam loco etiam ipse Apostolus euidentissime declarat, dicens: *Si quis non obaudit verbo nostro, per epistolam hunc notate, & nolite commisceri cum eo.*

1. Ioan. 5.

Ioan. 27.

2. Cor. 5.

2. Thess. 3.

.....  
 .....  
 .....

ANNO  
CHRISTI  
411.

Flavius Marcellinus v. c. tribunus & notarius dixit:  
 Vellem quidem, quod & omni de votorum intentione  
 nunc cupio, vt quanta ex demonstratione veritatis &  
 tandem proditi erroris orta latitia est, tanta ex conuer-  
 sione superstitionis antiquæ, & in melius mutatæ senten-  
 tiæ gratulatio nasceretur. Magna enim gaudia esse quis  
 dubitet, cum inueteratæ ægritudini prouenit insperata  
 curatio, causamque exultationis in talibus maiorem fa-  
 cit sanitas restituta, quam semper retenta? Sed quia ob-  
 stinatio mentium perditarum, quas prauæ simul persua-  
 sionis vincula nexuerant, ad viam salutis ostensæ aut red-  
 ire dissimulat, aut, quod est deterius, impudentia re-  
 formidat, exerenda iam legum est & exercenda senten-  
 tia, vt quos ad bonam valetudinem leniora, post aper-  
 tam cominus veritatem, medicamina non reuocant, a-  
 crior restituat curationis intentio. Cui enim ratio pro-  
 xima, sicut gestorum series subiecta demonstrat, sicut  
 diuinorum quoque voluminum indita exempla testan-  
 tur, non liquido declaret, alieni, etiam si probari potuif-  
 set, sceleris noxa; alium fieri reum omnino non posse: &  
 vniuersalis ecclesiæ statum Cæciliani insimulatione, de  
 quo nihil reprehensibile potuit approbari, non debere  
 subuerti, nec absentiam eorum, qui se a corpore eccle-  
 siæ separant, lata aduersus eum præiudicare valuisse sen-  
 tentia: sicut nec a Maximianistis recenti tempore in ab-  
 sentem Primianum prolata damnatio eidem nocere præ-  
 ualuit? Cui etiam illud ad correptionis causam non om-  
 ni ex parte sufficiat, tot iudiciis patefacta Donato au-  
 ctore schismatis comprobatio, Cæciliani perfolutio at-  
 que purgatio, vltimaque sententia triumphabilis memo-  
 riæ Constantini, qua euidentius docetur expressa & Cæ-  
 ciliani innocentia, & Donati sociorumque eius calum-  
 niosa criminatio? Felicis quoque Aptungensis ordina-  
 toris eius proconsularis sententiæ documentis ostensa  
 purgatio? Vnde, si hæc tam perspicua & manifesta in-  
 ueterato nequeunt mederi morbo, putris est vulneris  
 sanies reprimenda, vt libertate præclusa, sibi tantum no-  
 cere, quia hoc potius elegit, incipiat. Per hæc enim fiet,  
 vt velit aliquando sanari. Declaratæ igitur veritati dete-  
 cta falsitas colla summittat. Vnde vniuersos ordinis viros

dominos etiam fundorum, actores, conductores tam domus diuinæ, quam etiam priuatarum possessionum, senioresque omnium locorum, huius edicti auctoritate commoneo, quatenus memores legum, dignitatum, æstimationis, salutisque propriæ, Donatistarum conuenticula in omnibus ciuitatibus & locis prohibere contendant, ita ut ecclesias, quas eis humanitate mea absque imperiali præcepto usque ad diem sententiæ constat indultas, catholicis tradere sine vlla dilatione festinent, nisi malunt tot sanctionum laqueis irretiri: quas quidem, si vnitati catholicæ consentire voluerint, eorum esse factum certum est. Maiore autem causa atque solertia post detectam modis omnibus vnitatem superstitionemque conuictam, a proprii debent facinoris intentione depelli. Hi autem qui post vetita legum eorum se cœtibus miscuerint, indubitanter intelligant, pœnam se imperiali arbitrio præstitutam vltius vitare non posse, quos principe loco post agnitæ catholicæ reuerentiam legis ad profanos eorum cœtus communionemque redisse factum clarum est. Quod ut ante non fieret, patientiæ tantum consideratione, & spe correptionis aliqua ex parte distuleram. Hactenus igitur inimicos fidei Christianis legibus insultasse sufficiat: maxime cum eorum notas certum sit esse personas, quid necesse est tot sanctionum, quem nulla emendatio subsequuta est, nexibus subdi? Ipsam vero catholicorum episcoporum, etiam post victoriam veritatis, nouerint Donatistæ manere sententiam, ut completis collationibus, quas eis & ante oblatas publica conscientia retinetur, & nunc offerri sine dubitatione factum certum est, sese suscipi posse cognoscant. Superioris autem edicti fidem in omnibus certum est reseruari. Vnde vnusquisque Donati communionis episcopus ad loca propria sine vlla debet inquietudine ac molestia remeare, quatenus in propriis constitutus, aut ad vnam veramque ecclesiam reuertatur, aut satis legibus facere sine dissimulatione non differat. Ii autem qui in præsidii suis circumcellionum turbas se habere cognoscunt, sciant, nisi eorum insolentiâ omnimodis comprimere & refrenare gestierint, maxime ea loca fisco mox occupanda. Siquidem tam catholicæ legi, quam quieti publicæ, ut eorum conquiescat

ANNO  
CHRISTI  
411

infania, in hac parte consulitur. Gestorum autem relectio quæ profertur, superius memoratum a Donatistis errorem schismatis extitisse, atque Cæcilianum & ceteros, quos improbe crediderant accusandos, fuisse purgatos, sanctitatem vestram plenissime poterit edocere.

PROPONATUR.

Ex libro XVI. codicis Theodosiani.

*Imperatores Honorius & Theodosius Augusti, Iuliano proconsuli Africæ.*

NOTIONE & solitudine Marcellini spectabilis memoria viri, contra Donatistas gesta sunt ea, quæ translata in publica monumenta habere volumus perpetuam firmitatem. Neque enim morte cognitoris perire debet publica fides. Datum III. Kalendas Septembris Romæ, Constantio & Constante consulibus.

De hac collatione Carthaginensi vide Baron. ann. Domini 411.

CIRTENSE CONCILIVM  
IN CAUSA DONATISTARVM  
SVB INNOCENTIO I.

Anno CCCCXII.

NOTA.

ANNO  
CHRISTI  
411

*Cirtense.*] Hoc Concilium habitum est Cirtæ in Numidia, mense Junio, anno salutis 412. qui est Innocentii vndecimus. Causa habitæ Concilii ista fuit, quod Donatistæ collatione victi & confutati atrocius grassarentur, & verbis simul ac scriptis plura mendacia spargerent, quasi nostri iudicem corrupissent: suæ factionis hominibus autem ne quidem loqui permillum fuisset. Ut his ergo mendaciis occurrerent, hoc loco Silvanus Numidiæ primas, S. Augustinus, aliive plures eius provinciæ episcopi conuenerunt, acturi & consulturi de communi modo, quo Donatistis calumniantibus, suisque mendaciis collationem habitam irritare conantibus, resistendum foret. Quid vero inter eos transactum sit, & communi sententia decreuerint, licet acta ipsa perierint, synodalis epistola inde ad Donatistas laicos scripta refert. Extat apud Augustinum epist. 152. De qua illud admonendum putamus, quod in fine ip-

Locus,  
tempus &  
causa Con-  
cili.